




MAXROLAE
DE MORBIS
ACUTIS
1563











BARTHOLOMEI MAYROLAE MEDICI PAPIENSIS COMPENDIOSA METHODVS IN ACVTIS MORBIS CVRANDIS.

VVLNERE



PAPIAE:

Apud Hieronymum Bartolũ. 1563.

ILLVSTRISSIMO

AC EXCELLENTIS-SIMO DOMINO PETRO, PAVLO ARIGONO IN MEDIOLANENSI SE-natu, Regio, Præſidi Dignisſimo Bartholomæus Mayrola.

S. D.





VVM Principia, primiq; aditus, (vt inquit Plato philoſophorum ille Princeps) Preſes illuſtrisſime multùm difficultatis ſemper habeant, atque ob

id diſciplinarum omnium ob
ſcura , & ardua diſcẽtibus om
nibus appareant, quo fit, vt ar
tis medicæ tyrones non rarò
ab inſtituto reſiliant , & De-
ſertis diſciplinis , ac ſtudijs ,
aliud vitæ genus , quod minus
laboris illis oſtendit, ſectẽtur :
hanc ob Cauſam operæpre-
cium viſum eſt mihi , ſub hoc
Breuì compendio ſummas, ac
Rerum capita , quæ in acutis
tantùm morbis medicina tra-
ctat, ordine, & Ratione diſtri-
buta, ac in methodum contra
cta redigere, vt diſcentibus, &
adhuc Rudibus, ad veram acu
torum morborum cognitio-
nem , viam aliquam ſtruerẽ ,
vnde nõnihil vtilitatis per ho
ras, ſaltem ſucciſiuas , haurire
poſſent

possent. Siquidem longè alia est methodorum ac compendiorum ratio, qua si, destituantur, aut longissimū in hac per discenda, & sæpius sine vllo fructu, tempus conterant, aut illam turpiter tandem, deserant, necesse est. Quapropter, valde iniqui sunt, aut de rebus humanis quam pessimè merentes, aut verius impudētes, qui hasce methodos, atq; īstitutiones paruifaciūt, quòd scilicet, non nisi rerum capita perstringant. Nam, & si hæ nostræ non ita, emendatiores, vt tuæ amplitudini dedicentur, multis fortasse videātur, Tua tamen erga literarū amatores benignitate fretus, eas, qualescunq; sint, exhibere vo-

lui. Nam quæ magni momenti ſunt opera, eaque præclara, multoque lepôre exculta, tibi Illuſtrisſimo præſidi iure debentur, quæ verò puſilla ſunt, multò magis tuo ipſius indigent fauore; atque præſidio. Meus itaque labor, meæ vigiliæ ad Tuam amplitudinē confugiunt, te protectorē deſiderant, Quāuis hæc noſtra Ticinenſis academia, tibi vberiores fructus, eosque literarios, & Tali tantoque viro dignos quotidie polliceri videatur. Accipe igitur PRAESES, illuſtrisſime, compendioſam hanc methodum, & quicquid eſt in ea mei laboris, tibi dedico, conſecro q; velut optimo patrono, vt ea Tuo fauore, &

gratia

gratia commendata, totius ad
ſtudioſorum huius artis vtili-
tatem in lucem prodeat. Nā
ſi tibi Placere cognouero, mi-
hi medicinæ ſtudioſis prodeſ-
ſe mirificæ cupienti, ad maio-
ra ſcribenda calcaria adhibe-
bis, vale. Præſes Illuſtrisſime,
literarum, Decus, & ornamen
tum.

BARTHOLOMEO MAYROLAE

PRATICEM IN ACADEMIA TICINENSI PROFITENTI

MARTINVS HENRICVS

Artiū, & Medicinæ Doctor S. D.





GO quidē optimè Mayrole, nō possum non libere loqui, atq; ingenuè fateri, q̄d longa hominum memoria commēdatissimum visū est, inter eos præcipuè, quos non solum philosophiæ, verum etiā eloquentiæ præsides, & antistites planè fuisse cōstat, summa laudis admiratione dignissimos illos rectissime diudicari, qui ab ipsa quasi infātia, atque ipsis incunabulis siuæ naturæ bonitate, siuè maiore quodam numinè afflati,

flati, siuè quomodocunque dixisse libeat; omnem cogitationem eò semper direxerunt, vt quæ sunt hominis excellentiæ maximè cōsentanea in hoc exiguo vitæ curriculo; & veluti theatro. studio, & diligentia sibi maturè compararent, vt animis ipsorum insita ruditas laudatissimarum artium ornamentis excoleretur, id quod grauissimorum hominum sententia opulentissimum patrimonium, opimus, & fructuossissimus ager, nobilitatis firmissima sedes, veræ, ac solidæ gloriæ certissimum domicilium, tutissimum vitæ, validissimumq; præsidium semper habitum est, atque omnium, quæ homini contingere possunt, antiquissimum, & pulcherrimum, id enim haud absurde dictum esse, latissimè patere arbitror, quòd virtus vna res omnium est, ad quam nati præcipuè sumus, quæ semel fideliter possessa, & parta nullis machinamentis fortunæ dimouetur loco, nullis improbitatis tormentis lebefactatur, nullis inuidiæ morsibus læditur. Quid queso præclarius, quid præstabilius ad felicitatis indagationem homini prorsus accidere potest, quàm animum, quæ est humanarum partium nobilissima, nec nisi ad laudem, & decus homi

ni

ni tributa multiplici rerum humanarum, diuinarumq́ue ſcientia excolere, atq́ue penitisſimis illis philoſophiæ miſterĳs expolire, tum ad vſum, vtilitatemq; mortaliũ, tum etiam ad nominis propagationem. Neque enim obſcura cuiquam eſſe poteſt eorum ſententia, qui cenſent illos, à poſteris conſecratum iri miraculo tenus, qui poſteritatis ſenſu, excellentiumq; hominum cogitatione conformati, in optimarũ rerũ ſtudia perpetua vitæ ſuæ conſuetudine incumbunt, in eisq; perſequendis nullo nec labore franguntur, nec dibilitantur deſperatione, ac ne mortis quidem periculo ab illis depulſi in otium, atq́ue ſocordiam traducuntur, non tam ad honeſtandum ſuũ nomen, quàm vt non modo viui, & preſentes ſtudioſos diſcendi, quãtum poſſunt adiuuent, ſed hoc idem etiam poſt mortẽ literarum monumentis aſſequantur, propterea quòd ſuapte ĩduſtria felicitate quadam ingenĳ freti, optimarum inuentores artium, atq; excultores, quum extiterint, ĳs non contenti, vt qui nedũ ſibi, ſed etiã alĳs quoque, atque vniuerſo hominum generi ſe ſe natos arbitrentur, ſua inuenta, ſuorumq; laborum, & induſtriæ fructus citra omnem inuidiam ad poſteritatis vtili

tatem,

tatem, & ad immortalem nominis famam literis, & memoriæ tradere destinarunt. Quam vero vtile sit, atque adeò necessariũ homines res, à, seipsis inuentas literarum monumentis commendare, nemo est, qui grato animo non fateatur, nemo qui scriptores pleno ore non laudet, & iusta bonos & humanos eos palam fuisse nõ prædicet, Nam cum scire omnia singulis non liceat, vel propter intellectus imbecillitatem, vel propter rerum dificultatem, vel propter vitæ breuitatem, vel quod magis credendum est, propterea quòd animi dotes diuisas esse Dij immortales voluerunt. operepretium est commentaria relinquere, quibus eruditi à se cognita atq; inuenta explicent, vt deinceps alij, ad ea excolenda cogitationes suas cõferant, vetustis nouitatem, nouis autoritatem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, lumen obscuris, fædissimè mutilatis membra, formamque restituẽtes, Qui enim ipsi artes tractando amplificant, vt qui in prælio fortiter pugnando innotescunt, sic laudem, & gloriam cõsequuntur: Sed hi conquisitores, & publicatores veterum scriptorum, quasi commeatus ad exercitum subuehunt, sine quibus militia diuturna esse non potest, sed

celeriter

celeriter legiones deficerent, atque debilitarentur, hi igitur id agunt, in quo vtilitas maxima, & eximia commoda insunt, id quod a plurimis his temporibus non quidem, neque simili proposito, neque pari industria, sed laudabilis tamen ab omnibus opera datur. Nam tot passim optimorũ autorum libri in italia, & alibi in lucem prodeunt, vt mirifice copiæ literariæ adiutæ, & aliorum beneficia honestissima vẽdicatione ad nos translata videantur. qua quidem in re satis persuasum est omnibus nullis olim non sæculis celebres eos fore, qui diligenti examine multum, ac diu pensitatos commentarios edunt, vt vitæ mortalium consulant, ac de cultura optimarũ disciplinarum, & artium optimè mereri iudicentur, quorum instituta Mayrole secutus virtutem imprimis adamauisti, præclaram, diuinãq́ue medicinæ facultatẽ ea, qua potuisti diligentia complexus es, raritus vtpote dignam, in qua adniti, & incumbere animus appetens dignitatis & laudis magnopere velit. Nam ea animi propensione statim primæ sub flore Inuentæ, quantum tibi otij à publica lectione & à cura rei familiaris impetrare licuit, id totum ad bonorum autorũ libros

euoluendos

euoluendos, ad medicinæ cognitionem assequendam, ac demum ad ſcribendum cõtuliſti, ex quo ſanè planũ eſt, te hactenus nec oleum, nec operam planè luciſſe, id quod exploratisſimum eſt, ex tuo libello, quem lucculẽte ſanè de acutis compoſuiſti, vt mole quidem exiguum, ita tractatione perutilem, & medicinæ ſtudioſis exoptabilem, in quo arbitror omnia, quæ ad theoricem, & praticem, vt vocant acutorum morborum maxime deſiderãtur, exactisſimè continentur, idque ea breuitate, & methodo, vt mihi porrò videaris non minus eruditè, fideliterq́ue, nec minus multa de acutorum cauſis, notis, & curationibus diſſeruiſſe, (ſi dici fas eſt) quàm Hippocrates, aut Galenus, in quibus omnium virtutum exempla, omnium ſemina diſciplinarum, omnium rerum ſimulacra, effigiesq́ue intuemur, itaque cum tuas lucubrationes vidiſſem ego, & quidam alij Iuuenes, qui domi tuæ Accademiam inſtituimus, diebus potisſimum, quibus à publicis lectionibus ocium erat, quotidianis propè conuicijs a te illas efflagitabamus, vtpote dignas, quæ in publicum prodirent, excitatus itaque, tu quidem homo alioqui natura lenisſimus vt cũ nobis hac

in parte gratissimum faceres, tum maxime quod semper conatus es, adinterisque sedulo, studiosorum commodum adiuuares, operepretium te facturum putasti si illas quamprimum excudēdas dares ad bonorum omnium vsum, & studiosorū gratiam, modo ea animi synceritate, & equitate estimentur, qua tu ipsæ illas conscribere decreuisti. Sed non deerunt, sat scio, qui ad maledicendum faberrime formati has etiam, antequàm legant, in tanta veterum scriptorum turba superuacuas verè putabunt: nempè quibus persuasum est, nihil dici iam posse, quod à veteribus, & publico gymnasiorum consensu receptis autoribus sit prætermissum, aut si quid præterea dicatur, quod non satis absolutum eorum auribus videatur, id adeo nihil esse, vt scriptum non fuisse longe præstiterit. Sed hæc inuidorum vt nosti precipuè rabies est, qui eo loci euehi non possunt, quò præclari viri propria virtute peruenerunt, hoc improbitatis virus in eos maximè exerceri solet, qui cæteris vel doctrina, vel sapientia, vel aliis quibuscūque animi, vel fortunæ dotibus præclariores, eminentioresque euaserunt. Quapropter has tuas lucubrationes pro captu ingenii

genij tui probe excoctas, & emaculatas quamprimum studiosos inspiciendas trado, nec dubites, quod liuidæ censuræ aleam sint subituræ, siquidē ab ijs: qui grati sunt (ingratos, maleuolos, ac inuidos nihil sanè moreris oportet) te gratiam initurum, quam maximè speramus. Nā Cū tot tantorumq; virorū autoritatibus corroborate sint, qui sugillare aliquid ex illis temerè audebit. canis latrator, verius quā demorsor meo quidem iudicio reputabitur. vale fælix. & viue nobis & nostro sæculo, & ama te colentem & amantem. Papiæ Nono calendas Augusti Anno à partu virg. tertio quinquagesimo quingentesimo supra millesimum

Eiusdem Octastichon

Tu quēcunq; iuuat sæuos cognoscere morbos
Mayrolum relegas, pars tibi nulla uacat.
Hoc etenim paruo præcepta uolumine disces
Quæq; senex Couus, quæq; Galenus habet.
Sit procul inuidiæ monstrum, liuorq; facessat
Libros, qui tersos carpere dente solet.
I Nunc, & tandē totum Mayrole per orbē
Protinus exilias, nè tua fama cadat.

Io. Mar. Simonetæ, Diui georgij, in montefalc. Papiæ, præpositi Hexastichon

Qui Cupis, exactæ morbos cognoscere, acutos
Signa, quoque, & febres, uel genus omne mali,
Huc ades, Inuenies, non antea, dogmata uisa
Iampridem medici, quæ tacûere, probi.
Per lege Mayrolum, Qui tanti, luminis autor.
Cuius opus, fiet, bibliotheca tibi.

QVID DICATVR

ACVTVS MORBVS. ET

De termino ipſius.





Cvti morbi cum velocitate ſui finis magni dicũtur, ex Gal. 2. aff. Com. 23. celeriſq; motus ſunt õnes 2. aff. Com. 19. cum ſæuitate accidentium, ex Hip. 1. aff. 7. ad ſtatum cito properantes 2. aff. com. 23. quorum differentia triplex eſt, nam aliqui acuti ex toto genere ſalubres reperiũt ſicuti tertiana pura. Aliqui ex toto genere mortales, vt fortis apoplexia, et apoſtema cordis. Aliqui vero indiferẽter, ſe habent, vel ad ſalutem, vel ad mortem, vt cauſon, tertiana, continua, & cõtinens febris, licet omnes acuti potius interficiant.

Acuti in triplici differẽtia ſunt.

interficiant. ex Hip. 1. de ratione vict. in morbis acut. 8 vel quia materia in aliquibus, acuta, furiosa, & mobilis existit; vel quia occulte malitiæ sit, sicut cõtĩgit, in febre pestilẽtiali, vel quia tanta reperiatur vt necet, sicut in peripneumonia, q̃ de se quidẽ est ægritudo salubris, sed propter multitudinem materiæ prohibetur anehlitus, & moritur æger, ista etiam interficit ratione situs, licet loci nobilitate interficiat magis ipsa apoplexia, multitudine materiæ potius ipsa peripneumonia, verum moriuntur, frequentius in acutis propter febres in ipsis continuas, ex Hip. 1. de rat. vict. in morb. acut. viii. nam inseperabiles in ipsis sunt febres licet quãdoq; reperiant. acuti sine febre, ex Galen. 2. aff. com. 32. quod videtur innuere his verbis, in õnibus acutis morbis, quicunq; febres habent adiunctas, quasi quandoq; acuti nõ habeant febres adiunctas, quod etiam confirmauit Hip. 2 proguost. xxv. & Gal. com. eiusdem, rarissime tamen sine febre acuti reperiuntur sicuti in Apoplexia, tetano et conuulsione, quæ plane ægritudines acutæ dicunt. ex Gal. in lib. finitionis Medici, & 1. prognost. com. xxv. citoq; interficientes

tes potius tamen loci præstantia, quam ratione feb. suæq; causæ, quæ pituita exuperans est, quæ ex se sicuti nec humor melancholicus, acutas ægritudines non procreat, sed potius eas cronicas. ex Gal. 2. de diebus decretoriis 12. nam sola materia calida est, quæ procreat morbos acutos ex Gal. in lib. breuis denotationis dogmatum Hipo. nam ea putrescẽte in toto animalis corpore fit tertiana pura, continua, causon, & febris continens, quæ febres sunt de acutis valde 1. 4. tract. 1. cap. 4. ea vero putrescente in aliqua corporis parte terminata, fiunt cæteri acuti, de quibus fit mentio apud Hip. 1. de ratione vict. in morb. acut. 8. & ex Gal. 1. aff. com. 19. vbi duplicem fatetur esse acutorum morborum naturã cum febre presertim, ex hijs humoribus calidis, vel quando nullum obsidere locum, sed equaliter in omnibus partibus corporis apti sunt ex sua natura generari, vel loco aliquo patiente fiunt, vt in morbo laterali, pulmonis inflamatione, & angina, & consimilibus morbis, qui nõ facilè enumerari posunt, imo imposibile, sicut habetur. ex Hip. 1. de rat. vict. in acut. viij. contra chnidos Medicos, qui

Acutorũ morb. duplex natura.

acutos singulos enumerabant. Et in hiis solutionis terminus non est pertransiens 14. & Hipoc. 2. affir. 19. quamuis idem Hipo. acutos 3. prognost. Tex 3. dixerit terminari quadragesimo, quod verborum discrimen prospiciens Gal. 2. aff. com. 19. inquit Hipoc. quoscunq; morbos, qui intra diem quartum decimum integre iudicantur, acutos simpliciter semper nuncupasse, quicunq; verò imperfectè iudicati, seruati fuerint, in sequentium iudicatoriorum dierum aliquem vsq; ad quadragesimum, hos non simpliciter, nominauit acutos Hip. sed appellatione composita, acutos, qui in quadraginta diebus iudicantur, quos quidem acutos, ex decidentia appellauit Gal. 2. de diebus decret. 12. Prædictorum autem morborum differ. semper attenditur penès motum, velocitatem, & segnitiem 2. affir. com. 23. quia nullus inuentus est vnquam ab initio morbus velociter motus, qui transierit decimam quartam, imo loco prealegato dicit quod si quis faciat in Egrotantibus obseruationem, omnes inueniet, qui per duas integras septimanas velociter mouentur, nunquam ad vlteriorem progredi terminum, adeo

acu. mor. termin.

Motus co stituit dif ferẽtiam in morb. acut.

vt morbi continui acuties, nunquam posſit plures quam quatuordecim obtinere dies. ex hijs vero, qui motus habent inequales, multi extenduntur vſq; ad aliquod tempus vlterius præfinitum, per inequales habere motus Gal. loco adducto intellexit eos, qui aliquibus diebus vehementiores fuere, poſtea verò ſine aliqua ſignificatione torpuerũt. deindè rurſus aucti continuitatem acceperunt. 2. aff. com. 24. licet idem autor clarius acutorum diuiſionem poſuerit 2. de diebus decret. 12. vbi acutos ſub hac ratione ſubdiuidens aſſeruit, quoſdam eſſe acutos quoſdam vero peracutos, iterum peracutos ſub diuidit, in exactè peracutos, qui quartam diem attingunt quos vgo ſen. ꝑ peracutos nominauit 1. 4. & per acutos non exactè, qui ad ſeptimã vſq; producuntur deinceps inter acutos ait, alios eſſe exactè acutos qui vſq; ad decimam quartam ꝓducuntur, alios non exactè, qui vſq; ad vigeſimam durant. quamquam, & hij quoq; acuti ſint. eſt inſuper aliud morborum genus, quod ex de lapſu acutum ad quadrageſimum vſq; diem peruenit, ita vocatum quod acuto quodam imperfectè iudicato intra diem vigeſimum, de

Acutorũ morb, diuiſio ex Galeno.

fude vehementia eius confracta, residuũ eius intra quadragesimum diem disolui consueuit, nonnulli autem statim ab initio veluti prohibiti, tardèq́; moti, & nullam in terra subitam mutationem moliti, ad quadragesimum vsq́; diem producuntur, duplex etiam horum quoq́; natura est, vel enim accesfionum remisiones in integritatem finiunt, vel continua febris semper perdurat, tales etenim, vt ipse refert acutorum morborum naturæ adhærere videntur. Iam alij manifestò sunt vtiq́; diuturni. Exactè namq; peracutorum mentio fit apud Hip. 2. aff. 7. dum dixit, vbi morbus peracutus est, statim extremos labores obtinet & victu extremè tenuisimo vtendum est, nam hic morbus soluetur in quarta, quia statim in primis diebus fit summus vigor, in quo duo maxima, ac vehementissima fiunt, accessiones, & casus vniuersi. Peracutorum non exactè i. de rat. vict. in morb. acut. sub hiis verbis meminit, sorbitionem dare oportet neq́; multam, neq́; crassam, sed post septimam, vel nonam, & validus & iterum 1. de rat. vict. in acut. 25. quibus vtiq; vel quinto, vel septimo, vel nono, fieri debeat morbi iudicatio, de

peracuti exactè.

peracuti non exactè.

exactè

exactè vero acutis, lib. 2. affor. 22. mentionem fecit sub hijs verbis, Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. acutorum non exacte mentio fit 3. prognost. Tex. 3. inquiens itaq; primus impetus hunc in modum finitur, secundus vero ad septimum producitur, tertius ad vndecimum, quartus ad decimum quartum, quintus ad decimum septimum, sextus ad vigesimum. Hi ergo ex morbis acutissimis per quatuor ad viginti, ex additione terminantur, at eorum, qui ex delapsu, siue decidentia acuti nominantur 1. prognost. Tex. 25. mentionem fecit inquiens, spirationis facilitatem existimari oportet perquàm magnam vim habere ad salutem in omni morbo acuto, qui cum febre infestet, & quadragesimo die iudicetur, quum etiam sexagesimi octuagesimi, & centesimi, rursus 3. in primum de morbis vulgaribus Tex. 14. & 3. aff. 28. dixit nonnullos puerorũ affectus diebus xl. finiri, quosdam septẽ mẽsibus, reliquos septem annis, nonnullos vero ad pubertatem vsq; prouenire. ex quibus constant non simpliciter morbos sola temporis præfinitione diffinisse Galen. quandoquidem & ipsa diaria febris hoc

Acuti exactè

Acuti nõ exactæ.

Acuti ex decidẽtia

modo posset connumerari inter acutos, quia circa primos dies terminatur, sed potius motus celeritate appellasse acutos, quia licet quilibet acutus exigui temporis omnino sit, non tamen hac ratione appellatur acutus, sed talis dicitur, quia celeriter moueatur velociter scilicet tempora eius proprià pertransiens, ac ad summum vigorem properans hac ratione is morbus ei opponitur, qui tardus dicitur quoniam segni, ac lēto motu mouetur, & propterea vnus ab altero iuxta Gal. sententiam 1. in 6. de morb. vulg. com. 9. solo motu distinguitur. dum dicebat acutos morbos dicimus, quicunq; propria tempora vsq; in finem velociter pertranseunt, quam sententiam habuit 2. de diebus decret. cap. 12. imo Archigenam laudabat, eo in loco qui non solis nudis temporibus, sed motu, & natura, magis acutum & peracutum morbum appellabat, cum talem esse asserens, qui propter motus velocitatem periculosus existit. quapropter Gal. eodem in loco dicebat, vides igitur nos, cum solutio interdum, eandem temporis prefinitionem habet, vel acutum morbum, vel non acutum nuncupare, eodem modo quandoq; alium

diaria cur nō sit acu. morb.

Acutus ex Archigene.

um acutum, alium diuturnum, ipso solo motu distinguentes, contingit namquè morbos quosdam, quarta, septima, decimaquarta, vigesima, vel quadragesima die terminarì, qui non statim acuti, vel peracuti, dicendi sunt, nisi eorum prius obseruato motu. Hic etenim si sceler vel velox fuerit, iuxta Gal. sententiam, sin autem segnis, & lentus, nullo pacto acuti dicendi, sed alio nomine nuncupandi sunt, etiam si intra terminum acutorum, vt diximus finiant. vt patet de febre diaria, que licet exigui temporis morbus sit, non tamen acutus dicitur, cum celeri motu non moueatur, neq; magnus sit. quare ex motu præsertim, & non ex tempore tantum morbos præfiniri vult Gal. 2. de dieb. decret. 12. & 3. eiusdem cap. vltti. & 1. in sextum de morbis vulga. com. 29.

motu, & non dierũ nũ. acut. p̃finitur.

Num febres quæ cum Acutis contingũt sint eorum Symptomata. Cap. II.

Cum Igitur Acuti morbi, qui cum febre fiunt, semper in duplici reperiuntur differentia, vel ex humoribus calidis

solis

ſolis, qui nullum obſidere locũ, ſed Equa liter in omnibus animalis partibus apti ſunt ex ſua natura generari, vel loco aliquo patiente fiunt vt Gal. viſum fuit 2. aff. com. 19. & 23. & 2 de criſibus cap. 6. vbi febrem acutam, vel aliquo humorũ putreſcente, vel membro inflamationem patiente generari affirmat. Neceſſarium igitur erit fateri ipſam febrem, non ſemper dici morbum, nec eſſe morbum, ſed quandoq; ſymptoma morbi, preſertim quando ad patientes inflamationes particulas ipſa couſequitur, non autem primo genio fiat, in omnibus animalis partibus citra aliquem determinatum locum patientem, quod apertè oſtenditur ex Gal. 3. de loc. aff. 7. de febre freneticis orta. Inquiens eam vnum quoddam ſymptoma ſeu caſum cenſeri cerebri, diſpoſitionem, idẽ quodq; fateri videtur 6. aff. com. 44. cum de ea febre loquitur quæ ad inflamationem veſicæ conſequitur; aſſerit enim eam eſſe caſum eiuſdem inflamationis, idem quoq; fatetur 1. de different. febr. vlt. cum de diaria aſſeruit, quæ ex æſtu, vel frigore ortum habet febrem, dixit interdum eſſe ſymptoma ſolius in capite diſpoſitionis, licet nonnulli

cum Donato Altomario aliter sentiant in lib. qui de exquisita tertiana inscribitur nam febrem omnimndo non esse symptoma cum ipso contendunt, sed potius morbum eam reputant. nam si symptoma esset, vel affectus nostri corporis esset, vel excretorũ immodica excretio, aut supressio esset: aut actionis aliqua noxa esset vt in lib. de differ. symp. cap. 2. nõ igitur in excretis est symptoma, si modo per omnia excreta discurras, non in genere affectus nostri corporis, minus in genere noxæ functionum: quia ipsa per se potius, & primo functiones est ledens, & non est aliqua functionum noxa, ergo nullo modo sympt. erit. Nam ei competit. diffinitio morb., quia in lib. de differ. morb. & sympt. cap. 1. morb. est preter naturã affectus, a quo primo actiones impediũtur. febris perpetuo huiusmodi est. semper enim functiones per se primo ledi, necessario sequitur semper esse morbum, ad hæc si febris essentia est preter naturã calidiras, vt habet Gal. 6. de morb. vulg. s. prim. com. 29. morbus erit in intemperie velut idem autor in libro de different morb. sentit, hæc acuti intemperies vniuersi febrium generis est calor.

&

& 11.met.cap.2.quo fit vt frigidis semp curetur, ex quibus sequitur febrem perpetuo esse morbum in intemperie eaq; calida & quocunq; modo ipsa oriatur non potest dici symptoma, cum in nullo symptomatum genere reponi valeat febris, verum intelligendum de eo symptomate erit, quod speciatim sumitur, nã neminem præterit non, febrem tantum, aut quemuis alium morbum, symptoma dici posse generatim sumptum: & hoc etiam modo nulla apparebit in dictis Galeni contradictio, & si in iam aductis locis interdum febrem symptoma alicuius præter naturam affectus appellauit, quia non illico febrem esse symptoma intelligebat spetiatim tamen dictum, nam hoc, & eius doctrinæ & veritati satis pugnaret, vt supra monstratum est, qui Gal. febrem morbum, interdũ symptoma appellat: id faciunt quoniam febris essentiam atq; propriam ignorant febris naturam, & Gal. verba male suscipiunt in preacitatis locis: nec minus eos preterit quibus morbus, a symptomate distet & sic vnum cum altero confundunt:

febris ægrit. in intemperie calida.

De Acutis morb. qui non consequuntur ad membra particularia inflamata. Cap. III.

Ex Acutis, qui sine membro aliquo inflamationem patiente fiunt, sunt causon, & tertiana pura continua , quæ sunt febres de acutis valdæ ex Aui. 1.4. tract. 1.cap.4.& ex Hip. 1.de rat.vict.ĩ morb. acut. 8. & continens febris 3. de cris. cap.4. & ipsa febris quodq́; pestilẽs, quæ ex acutis pernitiossimis dicitur , ceterasq́; omnes malignitate longe exuperans 1. de differentijs febrium cap.6. & 3. de præs. ex pul. cap. 7. & 1. in 1. de morb. vulg. 1. imo hæc febris secundum plurimum est perdens hominem ex Auice. 1. 4. cap.4. & prædictorum morb. causa est materia acuta calida valde, ex quo infertur quod aliqua pestilentialis febris nõ sit vere acuta, & presertim in qua pulsus non multum variatur apulsu sano, & similiter vrina , & alia accidentia sunt remissa , & ceteræ febres. & si sunt continuæ , vt patet de quotidiana continua , quæ potius in Cronicis Egritudinibus reperitur, a Gal. 2. de dieb. decret , cap.

12. & ipſa quartana continua, licet rariſſimum ſit ipſam quartanam reperiri continuam ex Gal. 2. de differentijs febrium cap. 2. igitur ex ſanguine & bile acutæ febres fiunt 2. de dieb. decret. cap. prealegato, nõ autem ex cæteris humoribus, nam ſi sãguis peccauerit procreabitur febris, ex generibus acutarum ex paſſionario lib. feb. cap. 4. quæ febris, grecæ ſynochus, latinis continens appellatur vt ex Gal. patet. 9. meth. med. cap. 2. ſi vero bilis exuperet putrida in toto animalis corpore, tunc cauſon, & tertiana pura cõtinua fiunt: febres quidẽ de acutis valde ex Auic. loco prius citato, quia licet ex ſanguine, & bile conſtituantur acuti frequentius tamen, & acutiores, & breuiores ab ipſa bile, 1. de rat. vict. in morb. acut. 8. quia febris bilioſa omnium calidiſſima dicitur: actioes naturales maximè proſternens, vitales, & animales etiam deprauans per caloris exceſſum 2. de differentis febris cap. 7. & hæc etiam cæteris cellerrima, & acutiſſima & vehementiſſima dicetur: nam citius ad ſalutem in robuſtis, aut mortem in debilibus naturis terminabitur. eſt namq; motus materiæ bilioſæ cellerrimus, non ſolum in ipſo rigore

Sanguine peccante fit febris acuta.

Acuti ex bile frequentius quam ex ſanguine.

gore per partes sententies , sed etiam per totam accessionem & cum motus etiam alterationis sit genus incenditur, & coquitur, & secernitur cellerrimè ob caliditatem, siccitatem, tenuitatem, leuitatem, contra pituita; medium obtinet locum, melãcholicus succus, quo ad accessionem attinet facilius enim pituita ob humiditatem expellitur, egerrime ob frigiditatem, & siccitatem melancholicus succus.

De Continentibus Febribus. Cap. IIII.

IN quibus vna accessio ab initio ad finē perpetuò manēs in multos porrigit dies, vel quæ omni mutatione magna vsq; ad iuditium caret febris est, quæ latinis continens dicitur, græcis verò indiferenter synochus, vel synocha appellatur, vt ex Gale. habetur 9. meth. med. cap. 2. quamquam si Gal. fidem præstare volumus 2. de nat. hum. vlt. Hip. nunquam febrem appellauit synochum, vel synocham, licet Auic. Galeno oppositus, ex Hippocrate synochum febrem apellare minimè dubitet. sed in hoc magna vis non est, siuè enim febrem sanguinem synochum

Auic. in quibus Galen. sit oppositus

ſynochum,ſiuè ignem appelles, non mul
tum reffert: vt eſt etiam ſententia Amati
Ex ſanguine duplex feb. luſcitani cent. 1. in curat. febris ſangui
neæ. Hodierni tamen Medici ex ſangui-
ne febres diſtingunt, dum enim ſanguis
putreſcit, febrem maſculino genere ſy-
nochũ appellant: ſi citra putrrdinem ſua
tantum copia febrem excitauerit, eam fe-
minino genere ſynocham vocant. vel fe-
brem inflatiuam. vt patet ex Sauonaro-
la in tract. de feb. ſang. rub. 2. ita pro-
ferente ex ſanguine ad intra non putre-
facto multum in quanto peccante, cauſa-
tur ſynocha, quæ inflatiua ab Autoribus
dicitur, febris quidem continua concluſa
acuta; verum iuxta Gal. atq; omnium
græcorum mentem, qui has duas febres
ſub vno ſynochi, aut ſynochæ nomine
complexi ſunt, quod horum acceſsio ab
initio ad finem vſq; duret, nec priusquã
ex integro febris deficiat, ceſſet. Conſul-
tius ergò medici feciſſent, ſi Galen. im-
mitantes eius febris genus, quæ ex ſan-
guinis dumtaxat feruefacti obſtructione
citra eius putrefactionem oritur, ſub di-
aria febre complexi fuiſſent, vt liquet 2.
de criſibus cap. 12. ſic dicentem, quum
autem ipſe ſecundum naturam ſe habens
ſanguis

ſanguis truſus in locum fluxioni obnoxium putruerit, hic quidem affectus inflamatio eſt ſimplex, quæ ex ipſa febris accenditur ſimilis maximè ephemeris, q̃ inflamationibus inguinum accidũt. licet ex ſanguine tantum inflamato non putrefacto mediam oriri febrem inter ephimeram & putridam dicat Auic. 4. can. cap. 44. nam medium inquit vtriuſq́; s. ephimeræ & putridæ ſynocham tenere, nam differt ab ephimera, quia humor eſt qui calefactus eſt, differt à putridis, quia nulla adeſt putredo. ad hoc genus febriũ ſynochus ſine putredine a Galeno potius dicitur, atq; inter ephimeræ genera adnumerari potius debet, quam inter alia feb. genera vt patet ex Galeno 9. meth. med. cap. 2. ita ſcribente, ex ſanguine namq; febrium. quedam manifeſtam habent putredinis notam, quedam prorſus non habent, quas nimirum ex diariarum febriũ genere eſſe diximus. facile enim ſanguinis ſubtiliores partes, ſpiritus dicti inflamantur; vnde ephimera oritur, ita enim ſe habet ſpiritus in ſanguine, veluti ſcintilla in igne, quum tamen ſanguis plus iuſto incaluit in putredinem venit, vnde verus ſyuochus oritur, in quo vna acceſ-

Synochus uerus ex sanguinis putrediñe.

Synochi tres differentiæ.

ſio vſq; ad finem perpetuo manens neq́; facit aneſim i. declinationem induciarũ, ſed à principio vſq́; ad finem perdurat equalis: vel paulatim augetur, vel paulatim decreſit. vnde hæ febres inualeſcẽtes, & decreſcentes appellantur ex Gal. 2. de different. feb. cap. 2. accidit porrò continens putrida, vbi in omnibus vaſibus maximis potisſimũ equaliter omnes putreſcunt humores, vt docet Gal. vndecimo meth. med. cap. 4. & nono meth. med. cap. 3. quare hoc genus feb. in gracili, raro, macilento, & frigido corpore conſiſtere non ſolet, ſed plurimum in hĳs, qui ſanguine abundant, & corpulentis iuuenibus, obeſiſq́; debent n. q̃ putrefiunt, tum calida, humidaq́; eſſe, tũ verò difficilem tranſpirationem habere, aduertendum tamen non totum ſanguinem in venis putreſcere, licet omnes humores equabiliter putredinem ſentire dicantur. natura n. tantum onus ferre non poſſet, corpus nullo pacto nutriretur, atq́; omnes huiuſmodi febre correpti neceſſario perirent, ex Sauonarola. Addit Montanus Veronenſis ſeroſitatem ſanguinis tantum putreſcere, non ipſam ſubſtantiam ſanguinis, ſincerus enim ſanguis,

guis, quia calidi innati (quòd primum & principalisſimum animæ eſt inſtrumentum) ſubiectum eſt, ac pabulum, ab eo præter cætera regitur, continetur: & ne in ſua elementa diſſoluatur, hoc eſt corrumpatur,& putreſcat,pertinacisſime cohibetur: ob id à calido externo ægerrimè vincitur, & tardisſimè putreſcit, quia naturæ familiarior, vt etiam à medicamento violentius purgante tardisſimè trahatur. quia tamen omnia præter ignem putreſcere poſſunt, vt rectè Ariſtoteles libro quarto meteo.cap. 1.ſcribit, & ſanguis ipſe, vti ſpiritus & aer nos ambiens putreſcere, poteſt à calido externo id eſt ſibi continendo & diſpenſando alieno,quapropter querere nunc an ſanguis posſit puteſcere & quartum febris genus dum putreſcit, efficere,ſuperfluũ non eſſe videtur, propter grauẽ medicorum disſidentiam à Democriti temporibus vſq; ad id æui, quòd ſanguis putreſcat palam eſt ex philoſophorum principe Ariſtotile loco prælegato, quòd verò noua feb. idea ex eius putredine fiat proxima noſtra planius queſtione pateſcet. Peruetuſta admodum atq; dificilis mouettr queſtio, de qua etiam hodie inter ſe vehemẽ-

ter dissident medici vtrum ex sanguine putrescente quartum febris genus constituatur, sicuti ex aliJs humoribus putrescentibus propriæ generantur febres: verum ob varias doctissimorum virorum sententias triplici via hoc in negotio mihi progrediendum erit. Prima itaq; in medium afferre perspicuas rationes illorum, qui sanguinem putrescentem nouã ideam, & formam febrium putridarum præter illas tres à Galeno positas volunt efficere secunda vero Galeni mẽtem, quã hac in materia duxi semper esse verissimam dilucidè, breuiterq; declarare. tertia & vltima huiusce questionis argumẽtis compendiose respondere. Ceterum

Ioanitij ratio. inprimis Ioanitij rationem rimari necessarium est, nam in sermone de febribus. non erubescit attestari ex putredine sanguinis generari febrem, quæ vtranquàm partem comburit interiorem, exterioremq; hanc maximè, vt reliqui græci

Aliabat. opinio. synochum apellat. Aliabas quoq; tertio praticæ in cap. sexto de medicinis continuarum febrium palam fatetur continuas febres fieri ab humoribus intrà vasa, & venas putrescentibus, atqui quoniam sãguis vberior est in venis, quàm aliJ humores

mores necessario sequitur cõtinuam magis censeri sanguineam, quàm alterius generis: Auerroes stimulus medicorum 3. colliget probat febrium sanguinis duas dari species, vnam propter augumentũ solum, quia ex eo clauduntur pori, & fit febris, quæ quidem in suo principio non dicitur putrescibilis, sed si medicus fuerit negligens in succurrendo fiet putredinalis hæc autem dicitur media inter ephimeram, & putridam. Aliam vero propter aliquam putrefactionem. Auicena, qui cognituram maledicendi contra Galenũ subijsse videtur, tribus argumentis immodeste proponit, sine pudore affirmat dari febrem sanguineam à putrido sanguine, sed cum proprie, & ad legem veritatis loquendum sit, argumenta ipsa ordine referuntur. eius etenim primum argumentum ita proponitur, cur inquit si sanguinis subtilior pars conuertitur in coleram, grossum verò in malencholiam vno, & eodem tempore non fit febris colerica & melancolica, hoc autem medicorum neminem hactenus asseruisse manifestum est, ergo. secundum fortius, atq; validius agit. putredo non habet tempus, conuersio sanguinis in coleram non

Auer. opinio.

Auicenæ opinio.

fit nisi in tempore ergo, tertio ita vehementer nititur, vt quasi cõfestim illũ herbam daturum existimarit. nemo inquit ex his, quos grauissimos philosophiæ magistros ætas vetus credidit, asseret necessarium esse. vt putridum sit omne, quod generatur ex putrido iuxta illud Auerrois 12. Metha· 18. Trusianus vero in tertio artis medicinalis 38. circa finem comenti subtiliter magis, quàm dilucidè hoc pacto contra Galenum arguit, si calor extraneus agens per vlteriorem decoctioem conuertit subtilem eius in coleram, grossum vero in malencoliam, cur non idem dicendum est de flegmate, sed hoc nunquàm asseret Galenus, ergo signum est Galeni rationes non esse vehementer efficaces, longius tendit hoc eius iudicium, cõcedamus præterea sanguinẽ, qui simpliciter, & absolutè dicitur posse putrefiiri, tunc ex affinitate, quàm habet cum phlegmate periodicabit potius instar putredinis phlegmatis, quàm coleræ, aut melancoliæ. quanq; facile sit retorquere argumentum in trusianũ, quod sanguis per summam calefactionem vicinior sit coloræ, quam flegmati, ergo verisimilius est illum periodicare perio-

Trusiam opinio.

do coloræ, quã flegmatis, antecedẽs patet vnicuiq; rectè intelligẽti mẽtem. Galeni 2, de facultatibus naturalibus, vbi palam determinat de modo generationis humorum, & dicit quòd res quantumcumq; dulces per vlteriorem decoctionẽ fiunt amaræ, vt probatur de melle, ergo sanguis per vlteriorem decoctionem nũquàm transibit in phlegma, sed benè in coleram, quod sanguis non transeat patet ex eodem Galeno 2. de facultatibus naturalibus cap. nono vbi opidò reddit rationem, quare flegmati proprium vas non fuerit factum, sicut coleræ. & melãcoliæ, quia inquit flegma est velut semidigestum nutrimentum, quod potest fieri aptum nutritioni, ideo nullo indiget proprio vase. qua propter perspicuum est sanguinem facilius transire in coleram, q̃; in flegma, Gentilis fulginas cum in philosophia præstantissimus, tum medicinæ fuit idem peritissimus, volens Auicenam cum Galeno concordare adhæret tamen magis Auicenæ, quinimo Galenum appellat ambiguum quod in nono Meth. in cap. 4. vult sanguinem facere febrem putridam, sicut exemplo firmatur de seruo in eodem nono, in aliĳs vero plerisq;

Gentilis Opinio.

locis hoc negare videtur. attamen hoc an sit verum videbimus in declaratione potionis Galeni. Nouissime vero ex neotericis fuit Io. Herculanus Veronensis, qui quidem vltra rationes adductas facit vnum argumentum opidòquam subtile contra Galenum. Nam si sanguis inquit putrescit, aut est, aut non est, non secundum, quia putresceret cum non esset: ergo sanguis est, & putrescit, sed in putrefactione nō remanet sub propria forma, cū corruptio vnius sit generatio alterius ergo non efficiet febrem sanguineam ex sanguine corrupto. Superest modo vt Galeni sententiam exactissimè perpendamus cū suis fondamentis. Dicit enim, & doctissimè quidem, quod sanguis putrescens non facit propriam speciem feb. cum sistat in modo generationis humorum, vt tangit secundo de crisi, & secundo de virtutibus naturalibus, vbi redarguens opinionem Erasisterti concludit firmiter ex Hipocratis sententia, quòd sanguis cum incipit putrescere non amplius bonus remanet, sed iam ad amaræ bilis naturam transit ex quo præclarè patet triplex esse genus vniuersum simplicum febrium, nam quicquid pingue,

Herculani opinio.

Gale. ratio & opinio.

&

& tenue est in sanguine fit flaua bilis, crassum vero, ac veluti fex quando immodice excalefactum fuerit atra, quapropter oportet asserere sanguinem licet sit subiectũ putredinis, nunquàm tamen posse in tantum putrescere, vt dum non exuit propriam formam, putredinalem febrem generet merito propriæ putrefactionis, sed benè merito partium subtilium conuersarum in coleram, & sic deducitur autoritas Galeni secundo de crisibus cap. 2 vbi habet, quod cum sanguis incipit putrescere non remanet virtus, eius sed declinat ad coleram, ergo multo minus quando maiorem gradum putrefactionis susceperit, quarè Galeni sententiæ, quæ verissima est, nemo nisi temere refragabitur. Reliquum est postremo, vt maturè quoad fieri poterit argumentis respondeamus, quæ quanquã subtilia, atque dificilia sunt illa tamen ꝓ viribus diluere nitemur à Iouanitio confestim exordium faciendo qui quidem eius est opinionis vt credat ex putredine sanguinis fieri febrem adurẽtem, cui precipuè respondere haud est laboriosum, illam adustionem prouenire ex triplici potissimum causa propinquitate cordis,

abundantia

Nota.

abundantia humidi putrefacti, & magnitudine vasorum, hisce tribus vsque adeo afficitur cor, vt neque æger, neque medicus differentiam percipiat alicuius periodi, sed vel equaliter perdurat a principio vsq; ad finem, vel augescit semper vel diminuitur, vt videre est apud Galenum secundo de differentijs febriũ cap. 2. Aliabatis autem rationi ad hunc itaq; modum satisfacimus, dicẽtes febrem genitam ex sanguine in coleram conuerso non esse tantæ mordacitatis, aut vehementiæ, & maximè in principio quenadmodum ista, quæ est, ex colera, quare satisquidem honestè manente iusta voluntate responsum esse arbitror. Rasim tametsi à Galeno hac in parte dissidere facile perspicere liceat, Galeno tamen cõciliare haud absurdum erit, propter incredibilem obseruantiam, qua quidem Gal. in suo continenti prosequtũ fuisse deprehendit. Dico ergo pro respõsione ꝙ si cõsiderentur febres iste ratione qualitatis, ꝙ mordatior est ista, q̃ prouenit ex colera, q̃; caliditas illius, q̃ orit à sang. cõuerso in colerã, ꝙ haud obscure videri pot. quinimo istius calor apparet lõge mitior, hinc itaq̃ est ꝙ Rasis hac opiniõe ductus, illã ꝑ

Responsio facta Aliabati.

Ad Rasim resp.

ſe nominare voluerit. verũ tamen ſi quis percõtatus ab eo fuiſſet, nũ differrent ſpecie, profecto reſpondiſſet quod non, quia tenuit ſemper quòd magis & minus non variant ſpetiem. quapropter dicendum eſt febrem ſanguinis eandem eſſe ſpetie cum colerica, quæ quidem efficitur ex ſanguine conuerſo in coleram, quanquã ſecus habetur apud Galen. in principio primi de differentijs febriũ, vbi ſe ipſum declarans vult quod mitis & mordax & medio modo ſe habens, faciant differentiam eſſentialem, & variationem ſpecificam, vnde liquet Raſim à Galeno perperam disſidere. Auerroes magno vir ingenio haud honeſte reprehendit. Galenum, cum dicit ſanguinem putreſcentem non vehementi putredine efficere febrem ſanguineam putridam nihil eius conuerſum ad naturam alterius humoris, in hoc tamen aſcentiri videtur Galeno, quod cum ſanguis vehementer incaleſcit vergit ad coleram, vt patet quarto colliget., ex quo facile conijcio illum adunguem nõ aſſequutum fuiſſe mentem Galeni, quandoquidem Auerroes intellexit de ſanguine ſolum extra venas putreſcente, ex quo generatur apoſtema. Galenus

Opinioni Auerois reſpondetur.

lenus vero vniuersaliter loqutus est, non autem de illo, qui putrescit extra venas.

ad Auicenam. Auicenæ non erubescam licet medicorũ minimus argumentis respondere, nam dum probat sanguinem putrescentẽ non modo conuerti in coleram, verum etiam grossum in melanchollam ob id rationi consonum esse febrem generari nedum colericam, sed melancholicam dico etenim non esse necesse grossum terreum efficere melancolicam febrem, vt subtile igneum colericam quia terreum ipsum modicum est, & exiguum respectu eius, quod euaporat, & in coleram conuertitur, ad secundum cum dicit putredinem non habere tempus conuersionem vero sanguinis in coleram non fieri nisi in tempore, respondeo non esse verum, quia cõuersio sanguinis est quedam generatio, quæ fit in instanti, cum sit formæ substãtialis datio. tertie quoq; rationi ita breuiter satisfacimus qñm præclarè patet Galenum nunq; in hanc sententiam deuenisse, vt crederet putridum esse quicquid generatur ex putrido, cum vero verius sciret febrem esse egritudinem in fieri, nõ autem in facto esse, non enim est necesse, quod si colera fit post putrefactionem sanguinis

ſanguinis, quod ſit putrefacta, & faciat febrem, quoniam ex putrido generatur quod non eſt putridum vt apparet de generatione vermium. Ex quo perſpicuum eſt Auicenã minus ſufficienter expẽdiſſe ſermonem Galenĩ, & temerè illum reprehendiſſe Ad Truſianum reſpondemus quod cum ſanguis ſit amicus, & filius naturæ anguſtioribus terminis putredinis continetur, quàm humores alij. Nam reliqui humores diſtemperati magis, & quaſi naturæ inimici fusſiorem latitudinem ad naturam habent, propterea laxiores permittit habenas ad peccandũ, ob id multo magis putreſcũt, quàm ſanguis, proinde non efficere propriam ſpeciem febris, ad ſecundum verò cum argumentatur ſanguinẽ ex affinitate quam habet cum phlegmate debere periodicare periodo phlegmatis, reſpondeo hoc nõ ſequi quia phlegma per vlteriorem coctionem benè conuertitur in ſanguinem ſed non e contra, cum ſanguis calefit plus iuſto, ſubtile conuertitur in coleram, groſſum vero in melancholicam. Ad gẽtilem dico quòd Galenus nunquam fuit ambiguus neq; ibi, neq; in alio loco: qui nimo maximè ſe ipſum declarat in principio

Ad Truſianũ reſponſio.

Gentilis reſpõſio.

ex putrido generatur quod non est putridum.

Nota.

cipio noni Methodi, vbi ingenuè fatetur dari febrem ex ſanguine ſine putredine, ſed de hoc non erat mota queſtio, verum de putreſcente ſanguine, ex quo generatur febris putrida, non conſiderauit Galenus, cum ſit artifex ſenſitiuus, quia illud tẽpus eſt adeo breue vt vix percipi poſſit à medico, ideo Galenus illud neglexit.

Reſponſio facta Herculano.

Herculano breuiter reſpondetur diſtinguendo illam propoſitionem quia vel dum ſanguis putreſcit eſt colera, & nihil prorſus remanet de ſanguine, & iſto modo eſt falſum, quia phlegma eſt, vt Herculanus probat. vel putrefit & eius ſubtile conuertitur in coleram, reſiduo remanente ſub forma ſanguinis, licet non in perfecto ſuo decore, & hoc modo poſſet concedi conſequentia, quod ſanguis putrefit quando non eſt colera. nam quando incipit putrefieri, incipit vergere ad coleram, nunquàm tamen putrefactio illa poterit facere febrem, niſi quando aliquid ſubtilis, & vnctuoſi ſanguinis in coleram deuenerit. hæc habui de hac q̃ſtione, quæ dicerem, cuius cognitio ſtudioſis Iuuenibus, ſi non magnam vtilitatem afferet, at certè, quod magis petimus, bonam voluntatem. Quinimo hæc

egritudo

ęgritudo breuis est terminationis, sicut & causon, quæ nisi error committatur aliquis sæpe intra quartum diem soluetur, quamquam tamen crisis raro in quarto accidat die, vt Archigeni bis, Galeno vero semel tantum videre contingerit, vt idem Gal. testatur tertio de crisibus cap. quarto. cui sententiæ Auic. se subscripsit, fen secūda lib. quarti, dicens iudicationes rarò die quarto fieri, quòd tamen intelligere de mor. biliosis acut. debemus, secus autem de sanguineis, nam morbi biliosi seu à bile depēdentes rarò in quarto terminantur die, sanguini vero multoties intra quartum iudicium habent, vt testatur Gal. quam de synocho loquitur tertio de crisibus, & Hip. tertio præsagiorum, est namq; quartus dies decretorius natura sua, quia tamen morbi exactè peracuti biliosi sunt, vt supra declarauimus, accesionesq; suas in diebus imparibus habentes, fit inde vt crises quoq; suas in imparibus habeant: contingunt enim crises in eisdem diebus, quibus accesiones fiunt, vnde crisis ter. vel quinto die euenit, raro vero quar. quòd Gal. quoq; innuit com. 36. quarti aff. quum dicitur rariores enim sunt morbi peracu-

Crisis raro i 4: die accid[...]

Synochus ĩtra quartum iudicium habet.

ti

ti, qui die quarto iudicantur vnde Gal. & ante eum Archigines, hoc scientes, notarunt semel se vel bis tantū vidisse morbos biliosos in quarto die terminari, nam de senguineis morbis & synochis secus est, qui tantum absunt, vt tertio vel quinto die terminētur, vt potius quarto semper crisim habeant, quod ita esse experientia indicat, & Galenus fatetur libro tertio de crisibus & alijs plerisq; locis.

Centinentium Febrium Indicia. Cap. V.

FEBRIVM omnium indicia maxima, & maximè propria, sumuntur primo a substantialiter inhærentibus, & qualitate mutata, igitur ab ipsa caloris proprietate: quæ reliquorum propè signorum causa est, exordiendum, quæ autem a pulsu, & vrinis maxima febrium signa sumenda scribit Gal. 1. art. curat. ad Glauc. cap. 2. ea suæ mutatonis causam, calori acceptam refferunt. Quamquam & facultas pulsifica, & naturalis, ad hæc organi obedientia & alimenti natura, eas in pulsu & mutationes etiam afferre

ferre possunt. Sitim verò tolerandi facilitatẽ aut dificultatẽ insomniũ et alia multa feb. symptomata, et sig[illegible]a, a calore ꝓficisci certum est, Alia febrium indicia ab actione læsa, seu actionis læse diferentia, & ab excretis & à proprijs morbi symptomatibus, que vna cum morbo inuadunt, & ab hijs. quæ mox apparent, & cæteris signis que a Galeno in libro de const. art. med. cap. 25. exemplo pleuritidis tradũtur, desumi possunt, igitur in synochis, qui cum putredine fiũt calor acrior & mordacior erit, quam diarijs & synocho nõ putri ex Galeno nono meth. med. cap. tertio. imo putridis omnibus, tam intermitentibus, quã continuis semper erit acrior, & mordacior 1. de different. feb. cap. nono. sed magis in augumento, & statu, tum accessionis, tum constitutionis & in biliosis statim manũ acrimonia pungit. mox autem a manu lenitus calor mitescit, in pituitosis contra: vaporosus. initio, nec mox se prodit: sed aliquanto post emicat, & manum medici mordet, sed maxime inequalis: tamquam per colum, aut cribrũ trãsmitteretur ex Galeno primo in sextũ de morbis vulgaribus comẽto vigesimo nono. sic qualitas coloris etiam humo-

res febrem committentes, & febris speciē maxime indicat. Caloris febrilis copia in effluii per cutim copia, semper posita est. differentiæ igitur ab ipsa febrium essentia acceptæ, huiusmodi sunt, reliquæ vero ab actionibus, & excretis desumũtur. maxime quidē in omnibus febricitãtibus signa in pulsibus, atque vrinis consistunt, licet, causam suæ mutationis à calore febrili desumant. hiis vero addere oportet, quæcunque alia circa faciem Hipocrates scripsit, accubitum quoq;, & respirationē item ea, quæ per superiora vel inferiora excernuntur: & siquid aliud accidens circa aliquam corporis partem, aut operationem cõsistere videas (qualia mille in millibus scripsit) & Galenus 1. artis curat. ad Glaue. cap. 2. que quidē omnia non tantum in synochis, sed in omnibus febribus sunt perpendenda. habita tamen in morborũ temporibus distinctione, nam calor & pulsus, initio quidem accessionis & augumento presertim febrium putridarum inequalis existit, non tamen in omnibus, multæ enim febres, sine hac inæqualitate sensibili ad statum perueniunt, inequalis autem, nõ modo in multis pulsationibus sed etiam in vna: quia dyastole tardior: systoles

ſyſtoles autem velocitas, euidens in acceſſionis augumento. non tamen obſcurā initio, & vigore. pulſus initio acceſſionum arctior, id eſt paruus, & inequalis & velox, quibuſdam adeſt. in vigore magnus velox, frequens, ſimiliter id de vrinis pronuntiandum, quæ pro febris ſpecie & tēporibus acceſſionis, & conſtitutionis in colore, conſiſtentia, contentis, odore, multum variāt; & hec ſunt febr iumomnium præcipue indicia, quæ modo a ſubſtantialiter inhærētibus, ſeu a febris eſſentia. vel qualitate mutata, ſeu ab effectibus corporis deſumūtur, modo ab actionibus læſis, modo ab ipſis quoque excretis, & præſertim vrina, quæ eſt, ſanguinis colatura, ſiue ſeroſior eius pars a renibus attracta. proinde ad febriū, ac iudiciorum dignotionem, & prædictionum quandoquidē concoctionem, aut Cruditatem eorum quæ in vaſis continentur oſtendat, ſumme conferre ſolet. quapropter reprehenſione dignus videbitur Iacobus Sylluius in ſuo commentario de febribus, qui vrinarum inſpectionem, atque cognitionem tamquam incertam, & inutilem damnat. Sicuti & illi qui ex lotio omnia prædicere conātur, harū igitur feb. indicia erunt.

Indicātia a febris essentia & qualit mut.	Caliditas cum humiditate vaporosa.
	Tactus eius sicut tactus balneati.
	Rubedo faciei, linguæ, oculorum.
	Tumor totius, qui nõ manet, nec colabit.
	Calor mitis, acrior, in synocho putrido.
	Tenebrositas oculorũ & aspec. lãpade.
	Dolor capitis, & corporis lascitudo.
Ab actio nib. Animal libus.	In somnia rubeorum corporum plena.
	Dulcedo oris, Amaritudo ĩ synocho put
	Somnus longior vigilia in synobo put.
	Parafrænesis in syno, putrido.
Vitalibus	Pulsus mag. celer, freq. plenus, molis.
	Pulsus ordinatus, equalis, maior in dil.
	Pulsus inord. inæqual. maior ĩ cõst. ĩ put.
	Syncopis, Cordis palpitatio, cardilagia.
Naturalibus.	Sanguinis generatio plurima.
	Sãguinis vitiati generatio in syn. put.
Mixtis.	Hanelitus angustia & tusis magna.
	Hossitatio, & ipsa strangulatio.
	Sanguinis profluia per nares in quarta.
	Sudores copiosi in 4. effusio lacrimar̃
Ab excretis.	Vrina cocta a principio.
	Vrina cruda a principio in syn. put.
	Egestiones non fætide non imutate.
	Egestionæs fetidæ mutate in syn. put.
	Sputum dulce, amarum in syn. put.
	Pustule carbunculi macule rub.
	Morbili petechie, blaccie in syn. put.

Egestiones

Egeſtiones non multum mutari ab eis quæ ſecundum naturam, imo nec vrina in ſynocho citra putredinem collige ex Galeno nono meth. med. cap. 3. dum inquit inueni vrinas in conſiſtentia & colore ab hĳs, que ſecundum naturam non valde defficientes, tranſactis vero duobus aut tribus diebus, ſanguine iam ad putrefactionem perueniente, quo caſu eius ſubtile in bilem conuertitur, rationabile videtur, vt & exeuntia in colore mutari debeant, nan ĳs & pulſus maximi, inordinati, vehemẽtes quoque conſequũtur, putredinis, que notæ tum in lotio, & pulſu, tum caloris ingrata qualitate manifeſtantur nono meth. med. cap. 3. reliqua vero indicia, que conſequuntur, non amplius ex indicantibus eſſe videntur, ſed rationabilius a medicis coindicantia nuncupari ſolent, quia non primo & per ſe, ſed alio, & per accidens monſtrant, id quod ab indicante oſtenditur, & ſunt que a naturalibus, a non naturalibus & ab hĳs que preceſſerunt ſolummodo ſumuntur note, a naturalibus ſi in ætate adoleſcentie reperiatur æger, corpore, qui ſit ſanguineo repleto, carnoſo, calidis q; excrementis redũdante, ac tẽperamento cali-

Coindicātia.

A naturalibus

do & humido, nono meth. med. cap. 3. non in gracili & frigido corpore, de iuuene palestre perito nono meth. med. ca. 4. inquit Galenus, quod suspicio erat hanc esse synochon. quæ ex sanguinis copia & obructione, pre carnis copia stipatione peruenit, a non naturalibus vt a cali statu, anni tempore, & regione, & loco calido, ocio quoq; plus deditis, quam motu, licet superfluus quoque motus possit esse causa, somno plus deditis, quã vigilis & cibariis, qui vtũtur calidioribus & humidioribus sanguinemq; procreantibus, vt vino potenti, & aqua cũ multo melle. & quibus animi quoq; accidentia non fuerint inturbata, & repletionis indicia fuerint & cætera, quæ plenitudinẽ moliũtur, ab hiis quoq; q̃ p̃cesserunt non minus, quam ab hiis coindicantia sumuntur indicia, vt ex solita aliqua excretione retenta, coindicat & ipsa neglectio exercitiorum, balnei, sudoris, per quod resolui consueuerat, & dimissio euacuationis consuetæ, vt sanguinis narium, Emoroidarũ, & menstruorum, nec non & ipsa neglectio euacuationũ omniuũ naturaliũ atq; artificialiũ, sicuti & mutilatio mẽbri alicuius maioris vnde sanguis ad alia mẽbra confugit.

a non naturalibus

a precedentibus.

Continentium Febrium Cura. Cap. VI.

IN Curatione febris continentis procedendum erit. ſicuti in cura febris ardentis, cum continens, ab ardente non differat, niſi quod remisſiora habet ſymptomata, & niſi ſecundum magis & minus vt ex Galeno habetur, ſecundo de Cris. cap. vi. ideo parum a cura ardentis erit, variandum, ſic tamen eſt procedendum in remotione iſtius febris, ſicuti in cæteris adhuc depẽdentibus a cauſa, cum cuiuslibet morbi curatio, in eius cauſe ablatione conſiſtat, vt habet Gal. 2. aff. com. 22. cum ergo ex ſanguine febrium quædam manifeſtam habeant putredinis notam, quædam prorſus non habeant, quas nimirum ex diariarum febrium genere eſſe diximus, ex Galeni ſententia nono meth. med. cap. 4. ſequitur etiam vt cura eadem non ſit. nam in ſynocho citra putredinem vna tantum videtur adeſſe indicatio de remouenda ſanguinis multitudine, conflatur autem continens hæc febris citra putredinem ob ſanguinis copiam nundum putrrfacti, & eo quod non tranſpiret feruore ſolum caliditatem ex-

Morbi curatio consistit in ablatione eius causæ.

citantis, quemadmodum vinum nouum solet in dolijs ætio teste libro quinto cap. 70. ex stipatis igit. per obstructionem meatibus a succorum adundantia ad vasa, & non ad vires comparata, hæc procreatur febris, quamuis interdum crassities etiam cum abundantia copulari possit, vt sentit ætius, citato loco, qua de re vtendum erit auxilijs pro eius curatione, quibus abundantia vacuetur, obstructio eximatur, & febris feruor deferueat, ac confestim, prius quam humores putrescant ex Galeno nono meth. med. cap. 5. alioquin ex imputrida synocha, fieret putridus synochus, cum ergo continentis citra putredinē semper existat causa sanguis tantum sua copia obstruens. ergo in eo principalis curationis scopus erit a copia sanguinis remouenda, sed hæc frustra remouebitur nisi noua sanguinis generatio inhibeatur, & ita due in hac febre erunt indicationes curatiue, vt iam genitus sanguis extrahatur, & generandus inhibeatur, quod commode fiet per rectā administrationem sex rerum non naturalium contraoperantiū generationi ipsius sanguinis, presertim victus ratione frigida, conuenienti, & precipue molien-

Indicatio prima.

do

do tamen morbum, & virtutem, nam ſi vltra ſeptimum Diem morbus nõ ſe extendere videatur, parum cibabitur æger, ex Galeno ſecundo meth. med. cap. vlt. & ſic tuto poterimus exhibere ptiſanam ſolam ordeaceam, quæ omnes habet intentiones quæ conſiderantur in febribus acutis ax Hipocrate primo de rat. vict. in acut. ſect. 18. qua preparari debet ſicut docet Galenus ſecundo de alimentorum facult. cap. de hordeo, & in lib. de ptiſana, neque preparabis, vt docet Meſue, qui & ſi medicorum euangeliſta creditur, in ptiſanæ tamen cofectione ſecundum Hipocratem multum decipitur, ea in parte, qua de pectoris & pulmonis vitijs in ſermone de aqua hordei agit, vt igitur ptiſanæ condituram ex antiquioribus inueniatis, circũfertur liber Galeno adſcriptus de ptiſana, qui & ſi Galeni nõ ſit, tamen eſt alicuius antiqui diligentis & probi, propterea ac ſi Galeni ſit recipiatur, nam & inde, & ex alijs Hippocratis & Galeni locis, eius confecturam elicere ſtudebitis; in preſentiarum vero duos pti. conficiendæ modos non preter mitemus quibus nonnunquam ob celiritatem vſi ſumus in huiuſmodi acutis paſſionibus

Meſue decipitur in preparãda ptiſã.

Modus ptisanæ conficiendæ.

vnus

vnus est si farinæ hordei semiunciam recipiamus, & in aquæ triginta vncias ponamus, deinde bullint, quo ad vncie decem supersint, post hæc addito zucharo ægro porrigatur. alter modus est hordeũ egregie purgatum accipere, atquè a corticibus, ac glumis mundatum in aquam absque pondere buliendum ponere, idque fiat, quo ad grana omnia optimè dehiscant, & aqua sit probe rubra, deinceps in mortario pinsatur, & per crirbum setaceum quod liquidius esttransmitatur hoc quod subsidet accepto, iterum in aqua vel iure si ægritudo exigit, percoquatur zucaroq; addito, egrotanti concedatur. hæc ptisana pluribus sapit. quam ex farina confecta. veruntamen Hipocratis & Galeni conditura potuis laudanda est, tamen neque ista improbanda cum celeri ex ordeo victu indigemus, hunc etiam preparandi modũ a preceptoribus meis Egregijs D. Iulio Delphino & D. Matheo Bobio Papiæ edidici. veruntamen hæc non dicimus, vt putemus nihil aliud esse quod ehiberi possit i morbis acutis, quam ptisana, imo si æger illã abhorreat poterit vti panatella primo de rat. vict. in acut. cap. prealeg. vel pane contrito cum

Ptisane cõditura.



uictus ratio.

seminum

seminum melonis expressione, vel pariter poterit vti fare cum modico aceti, primo de rat. vict. in acut. 43. potus, vero sit aqua hordei, sicuti in alijs peracutis exhibetur ex hip. quarto de rat. vict. in acut. sect. septuagesima prima, de aquæ vero ordei sermõe nullus reperitur locus quam preacitatus apud Hip. & Galen. sed quæ in publico vsu nunc est, & quo modo conficeretur, non videtur apud Hippocratem aut Galenum aliqua mentio. apud Arabes de aqua ordei multa inueniuntur. Isac in particularibus dictis ad hãc conficiendam decem aquæ partes accipit & vnam hordei, at Auenzoar aquæ partes quinque recipit, & vnã hordei, Auicena in prima quarti viginti aquæ partes accipit, & vnam hordei, Mesue Auicenam sequitur, idemq; facit Auerrois quinto collectionum. Aliabas vero quinto theorice vnam hordei, partẽ recipit & tres aquæ, prætærea hi in coctione dissidentes sunt, nam Auicena ad quintam deducit partem, Mesue consumit ad medietatem, vel ad duas partes. Isac vero vnam partem ex tribus consumit, hicq; vt illis mens est hãc aquam magis nutrientem efficere, vel minus maio-

De aquæ ordei conditur anulla fit mentio apud Hip. & Galenum

Apud Arabes uaria uidetur aque ordei coctio.

rem

rem vel minorem consuptionem faciunt tamen ex ipsis nonnulli adeo coquunt, ve rubra euadat, verum Authores istos inter se dissidentes prætermitamus, nunc prohibita sanguinis generatione, superest vt exequamur secundam indicationem, quæ sumitur a copia sanguinis iam genita. quæ omnino indicat de sui remotione, sed multitudo sanguinis nõ tolitur nisi flebotomia Autore Galeno in lib. de cur. rat. per vene sect. ergo secanda erit vena, que autem sit secanda hoc indicatur potissimum a locis affectis principalibus, venam igitur brachij dextri internam secare oportet, ex Hip. quarto de rat. vict. in morb. acut. sect. 24. velocissime, & plurimum ex his, que princeps. sũt partibus, vena ea corpus vacuat, teste Galeno in com. prealeg. sect. atq; ob id in acutissimis morbis ad eam se se confert Hippocrates, quantitas sanguinis, qui debet euacuari, sumitur a virium robore, & magnitudine morbi, quarto de rat. vict. in morb. acut. sect. 17. sed in synochis morbi sunt acutissimi, & magnitudinem obtinẽt, tertio in primum de morb. vulg. com. 118. ergo copiossa debet esse flebotomia, & vsque ad syncopim sicut fecit

Indicatio secunda.

Vena interna brachij dextri ĩ acut. secanda.

...titas euacua... à virium robore et a magnitudine morbi

Galenus

Galenus nono meth. med. cap. 4. & Auicena, qui dicit, quod intentio est euacuatio plurimi sanguinis vsque ad syncopim, & hoc forsitan dixit princeps, non propter morbi acutiem, cum in aliis quoque morbis acutis, id faciendum vsque ad syncopim concedisset, sed quia in hac potissimũ febre adest plenitudo simpliciter a qua exquisita sumitur indicatio, tum sanguinis mitendi, atq; etiam copiosi, imo recentes hanc regulam habent, cum sanguis dominat, vel alij humores dominantur modo sanguis non sit diminutus, sectione vene vti debemus, quod prorsus non videtur admitere Galenus quarto meth. med. cap. 9. quo in loco inquit nõ statim esse necessarium mittere sanguinẽ etiam si homo in sanguinis redundantis cuncursu sit positus, imo (inquit) aliis satisfacit inedia, aliis cibi parcitas, aliis soluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneum, aliis sola exercitatio, vel multa frictio abonde fuit, vt hinc colligere possis sanguinis abundantiã non esse indiciũ necessariũ de vena seccanda, cũ multis aliis modis ꝓuideri possit, sicuti cõfirmauit idẽ autor quarto de rat. vict. in acut. com. 19. inquiens neque etiam plectorica

An sanguis sit mitendus ad syncopim in acut. morb.

ca facta syndrome sanguinem semper mittimus vt inferre liceat non esse certam Indicationem de vena secanda a sanguinis plenitudine, & abundantia minusq; sumendam indicationem de mittē do sanguine vsque ad syncopim, a plethora, & sanguinis abundantia, nisi cum ea adfuerit magnitudo morbi alicuius, & tunc tantum euacandum, quantum morbus indicat ex Galeno secundo ad glauconem cap. de feb. cum accidentibus tamen viribus, & cæteris coindicantibus Nam si ciborum cruditas adfuerit, vel successus superfluitatum in intestinis, vel alius sanguinis fluxus, vel puerilis vel senilis ætas, vel frigidum, vel gracile corpus venam non secabimus vsq; ad syncopim, ex Geleno loco prealeg. tutius ergo semper videbitur factum flebotomiā facere multis vicibus, donec deficiat materia non patiens. Nam melior semper erit multiplicatio numeri, quam multiplicatio quantitatis, ex Anicena quarta fen primi can. magis enim debemus diligere quòd egritudo aliquantulum pro lūgetur, quàm, vt mors nobis imputetur quia signa fortitudinis virtutis aliquādo fallunt. igitur Auerrois, qui alias stimulus

que impediunt copiosam sāguinis euacuationem.

Signa fortitudinis uirtutis aliquādo falunt.

medicorum

medicorum dictus est tertio sui collig. reprobauit Galenum qui ad syncopim misit sanguinem, & aliorum in hac vene sectione opinionem. Tempus vero mittendi sanguinem magis cõmodum erit in principio ægritudinis secundo aff. 29 nisi modo a principio fuerit neglecta flebotomia, quia tunc nõ solum in septima die, sed in quacunque hora venerit, seccãda erit vena, autore Galeno nono meth. med. cap. 4. virtute tamen forti cum cõuenientia aliorum particularium. Hora vero magis cõmoda videtur esse matituna, sicuti etiam fit in omnibus febribus continuis a somno post duas horas teste Galeno in lib. de cur. rat. per vene sect. cap. 21. quia in hiis nulla expectatur quies, neque febris remissio aut alia hora comodior possit elligi, quam matutina, qua febricitantes quoquo modo melius degunt, quod tamen non contingit ratione ægretudinis sed aeris frigidioris matutini. insuper & hac etiam hora aluus redditur liquida, ponte, quod si modo foret sicca, enema imponatur ante sectionem venæ, vt nos docet Hipocrates & Galenus quarto de rat. vict. in acut. 74. & 75. vt ex decoctione maluarum, mercuria-

Tempus atq; hora seccande uene.

lis

ſis, matrum violarum vnc. 10. caſſiæ extracte, & zucari rubei an. vnc. 1. olei comunis, vel violati vnc. 4. ſalis q. 5. & fiet cliſter. ſi aluus ſponte deiecerit eger ſufficit quod cibi ad inteſtina craſſa deſcẽderint expectare, vt fecit Galenus nono meth. mèd. quia inteſtina craſſa exiguas admodum & imbecilles habent venas, & non imminet periculum vt aluus multum exicetur, primo de rat. vict. in acut. 31. vel per venas innanitas quid putridi ab ipſis atrahatur, enema igitur in primis ægrotãtibus ſi temporis occaſio dabit locum, & ſpatium electioribus alijs remedijs imponetur, licet prauitate morbi, qui non dat inducias, cogimur multoties omittere, & ad aflectus huiuſmodi magis preſentaneum remedium ſtatim recurrere, ſicut fecit Hipocrates loco citato, qui prius miſit ſanguinem occurrens magno auxilio, morbo magno dedit cliſtere, quod & iubet Galenus ipſe in libro quos, & quando purgare oporteat, vnde eos qui aliter arbitrantur, increpat Galenus libro quinto meth. med. cap. 14. his verbis, minime igitur ſicut medicorum nonnulli cenſent ſemper a paruis incipiendum auxilis eſt, nec ſicut

illi

illi dicunt sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda, quæ si non profecerint, aggredienda esse maiora nam in morbis, in quibus non impendet periculum, vera hæc opinio est. At vbi moriendum penitus ægro sit, alienissimum est a ratione a minoribns inchoasse. Quam opinionẽ sequti fuerunt Marchus Gatinara, & Siluius cap. de frenitide, dicentes & si hábetur ex Auicena quod ventre repleto non debet fieri flebotomia. Tamen quia hec indicatio est debelis, non propter hoc desistendũ a flebotomia, quia diferre in talibus malum propter morbi sæuitatem, dubium enim esset, ne expectando decẽsum cibi a stomacho, ne materia irregulata, & turgens ad aliquod mẽbrum principale flueret. Id tantum mihi dicere liceat propter eos, qui vbi sententiam Auicenæ tam superstitiose obseruant, vt nisi obseruetur graue aliquod putant peccatum cõmisisse. Remota igitur sanguinis copia per venæ sectionem tunc totus corporis habitus refrigeratur, febris extinguitur, sudores emanant, & aluus citatur Quod si non remitatur fæbris, erit demũ Intencio de exhibenda aqua frigida vsq; ad saturitatem, sicut iubet Galenus deci-

a paruis auxilijs non semper incho andum.

An uentre repleto sit seccanda uc.

que consequntur post uæn. sectionẽ.

De potu aque frigide.

D mo

mo meth. med. cap. vi. maxima namq; continentium febrium remedia hec duo videntur esse, Galeno Autore nono met. med. cap. citato. Detractio sanguinis, & potio frigida, id quæ non ante notas cõcoctionis, ne maior obstructio nascatur, nisi modo febris vehemens admodum reperiretur, quia tunc ante concoctionem non desunt, qui velint quatuor frigide libras posse exhiberi, gloriatur q; Auerrois multos frigide potu, hoc quidem modo, a morte liberasse, ab hac enim refrigerati ægri sani euadunt, neque Audiendi sunt, qui in huius exhibitiõe semper coctionem expectandam contendunt, dũ. enim expectatur, adeo sanguis aduritur, vt veneni malitiam accipiat, & ægrũ inde ad mortem perducat. Tutius tamen videbitur factum si possibile sit, frigidam exhibere apparentibus signis digestionis & quando maxima erit flamma nono meth. med. cap. 5. nisi modo crudi adessent humores in ventriculo, vel aliqua inflamatio in interioribus, quia tunc abstinendũ esset ex Galeno nono meth. med. cap. cit. vel tempus esset frigidum hiemale, & vires ægri non valerent, esset q; senex, neque affluctus, vndecimo meth' med

frigida ã possit' exhiberi ante notas digestiõis

med. cap. 9 quãtitas debet esse tãta quod extinguat febrem ex Galeno primo de rat. vict. com. 42. & hoc est quantum æger vno haustu bibere potest, vel quã- tum voluerit æger, nono meth. med. cap. 5. & hoc stomacho vacuo. Et si hoc remedium non videatur esse in vsu, post venæ sectionem poterimus loco eius ex- hibere libram vnã aque ordei, cum vncis tribus zulapij violati vt voluit Sauona- ralla in presenti curatione. Et sic hijs du- obus remedijs potissimum solent libera- ri prim. de rat. vict. sect. 42. & nono met. med. cap. 5. quod si non remitatur dein de febris, fortasse propter sanguinis igni- tatem, statim, insurget tertia intentio, que erit caloris febrilis alteratio, quia tunc im- minet periculum, ne quod subtile in san- guine reperitur conuertatur in bilem, & ex synocho imputrido fieret synochus putridus, quæ intentio perficitur cum al- terantibus ad frigidum & prohibentibus putredinem, vt Rec. syrupi de succo endi uie, syrupi de succo acettose, & accetosi 5 an. vnc. med. aquæ decoct. acetose endi- uie ordæi. vnc. 4. misce pro sirupo, po- terimus etiam vti oxisaccara & serapio ex succo limonum, & de acetositate citri,

Quæ lo- co frigide sunt ex- hibenda.

Indicatio tertia.

Sirupi al terant

vbi intensa esset putredo presens vel futura, interim non apparentibus signis digestionis nihil aliud intentandum, quia multoties, imo vt plurimum in hac febre ægri solent liberari per copiosam sanguinis e naribus expulsionem, & si vbi nullus comitatur error in quarto soluuntur hij synochi natura proprijs circuitibus perueniente. Teste Galeno tertio de cris. cap. 4. si modo natura vllam moliatur euacuationem, tunc per aluum, quod ad naturam bilis fuerit conuersum poterit expurgari, reubarbaro, mana, casia, vel mirabolanis citrinis, vel etiam compositis vt syrupo rosaceo solut, vel electuario ros. Mesue, & diacatholicone, at Landulphus post venæ sectionem bilem flauam huiusmodi medicamento educebat Rec. mirabol. citri. dr. 6. contundantur & infundantur in aquis endiuiæ, lupu & fumusterre ana. q. 5. cum modico pass. vel dragagam. et post 15. vel 20. horas fiat leuis expressio, cui addatur cassiè nuper extracte dr. 6. vel diacatolichonis. vnc. 5. fiat potio, que recipiatur in aurora. Si post Euacuationem aliqua mala symptomata vel in actionibus lessis vel affectibus corporis, vel ipsis excretis remaneant

Farmaca bilē purgantia.

Symptomata quibus remo

ant statim erunt vltimo loco remouenda & præsertim cum frigidis quãdoquidem sitis, apetitus de iectio, vigilia, oris amaritudo, ex intensa caliditate proueniunt, & sic exhibebimus zucharum rosaceum violatum, aquam ordei, conditos lactucharum, conseruam florum nenufaris, & huiusmodi, sequuntur præterea synochos nonnulla alia maligna symptamata, vt colligitur ex Hipocrate lib. tertio de mor. vulg. & presertim si contigat synochus hijs temporibus, in quibus immineat aliqua suspitio pestis futuræ, vel in ipso quo que tempore, quo quidem tempore inter alias febres synochus exercet, ac viget, Autore Sauonarolla in libro de febribus Rubricæ quarta. cap. de synocho, vnde multoties consequntur per totam cutem exantemata maligna vt morbili, variole, Erisipelas, carbonculi, quæ quidem omnia, vt plurimum fiunt de sanguine putrefacto presertim tempore pestis, vt testatur Auerois quarto sui colliget, tamen doctores antiquiores curationẽ synoc. cũ huiusmodi expulsione non posuerunt distincte, quemadmodum aliarum, quod si possuerint, non de ꝓpria, sed de aliorũ mente scripserunt quod AEtius fecit ex Hærodoti sententia, Gale. quoque nulibi

Synoch. urget frequenter tempore pestis.

que exantemata cõsequãt. ad sang. putredin.

hanc curationem posuit, quod forte & ratione fecit, quia particulatim etiam aliorum morborũ curationẽ omiserit, quibus consimilis aliqua expulsio a principio superuenit ãte morbi concoctionem natura ob multitudinẽ, aut vi morbi irritata, sunt, n. plerique acuti morb. atq; feb. quæ cũ fluxu sang. narium, parotidibus ac, alijs expulsionibus fiunt, quemadmodũ hij synochi cũ expulsione ista ad cutim, quorum omnium curationẽ sparsim Galen. non posuit supponens eorum curationẽ colligi posse ex regulis vniuersalibus, aliorũ morborũ. Itaq; iudicio meo harum acutarum feb. cum tali expulsiõe curatio sumenda est ex eisdem, licet varij posteriores varia in hoc casu scripserint, ac confusa, de hijs tamen in cura febris pestiferæ difusius pertractabimus.

DE CONTINVIS Febribus. Cap VII.

QVæ verò febres manifestam habent remissionem, nunquam tamen prorsus intermittunt acutæ, & continuæ vocantur Hipocrat, vt Galenus 2, in primum, de morb. vul. com. 25. & sunt febres, quæ duplicem sui Euentus occasionem

nem obtinent, materiam in venis contentam, secun. de cris. cap. 12. & 2. de diff. feb. cap. vlt. & eam quidem putridam, 2. de diff. feb. cap. 8. excepta synocha, quæ est febris continua ex sanguine tantum feruefacto, nundum tamen in putredinē conuerso, sed sua tantum copia in venis maioribus obstruente, ex Galeno nono meth. med. cap. 2. Sed quæ ex sanguine modo putrido, modo imputrido contingunt febres, non protinus continuæ sunt appellandæ, nisi cum adiectione eas continuas, non proportionales dixeris, cùm similiter Galenus, loco prealegato febres omnes, quæ ex sanguine oriuntur continentes potius quam continuas nūcupat. Cum neq; manifestam, neq; obscurā, obtineant remissionem, sicuti contingit in continuis, quæ ex alijs potius dependent humoribus, & semper cum manifestis suis excresentijs reperiuntur, & verius dicuntur continuæ Proportionales, quia in suo motu excrescentiam secundum ipsius humoris propriam naturam obtinent. Nam bilis per intrinsecā ipsius naturam habet periodos de tertio in tertium, flegma de die, in diem, melancholia de quaro, in quartum, quod non

contingit in febribus à sanguine ortis, igi tur continentes potius, a Galeno appellantur, quæ quidem continuæ sunt, sed nõ proportionales, vt quæ ex cæteris humoribus oriuntur, quia sunt continue cõclusæ, nam sicut ex alijs humoribns e sãg. inest p intrisecam earũ naturã habere periodos, ita sang. inest continue affligere, per propriam eius naturam, est enim sanguis naturæ, quam maxime suauis, & amicus, & vite veluti thesaurus, quo fit, vt non quiescat natura, in mouendo, & agitando eum, vt ipsum conseruet, & extraneatũ rectificet, quam solicitudinẽ de alijs non habet humoribus, igitur ex sanguine febris orta, absq; rigore, & paroxismorum manifesta declinatione patientes continue affligit, quia humor in venis conclusus continetur. Vnde sequitur febris continua conclusa, non proportionalis nuncupata, cum sit sine excresentijs, quia sanguis sub forma sanguinis remanens non facit excresentiam, sed cum ad naturam alterius humoris, transcendit & tunc facit febres continuas proportionales precipue de colera, & presertim quando non putruerit in venis maioribus quia ex alijs humoribus non potest fieri

Sãg. cur. inest continue affliger.

continua

continua conclusa febris, quæ non habeat intensiones & remissiones periodicales manifestas, vel ocultas, quia hoc soli sanguini conuenit, propter causas suas, tam manifestas, quam ocultas nisi modo continuam conclusam, secundo quodam modo, vel tertio sumptam, velis intelligere, vt etiam Herculanus prima quarti, tract. 2. in eius com. exponit. Nam hoc modo ardens febris, seu causon verus, vel etiam notus continens dicitur, & continua conclusa est quãdo materia sub multa quãtitate putrescit in venis principaliorib. quia ex propinquitate cordis, & magnitudine vasorum absq; impedimento fit transitus vaporum putridorũ ad cor vnde æger tanta afflictione cõturbatur, vt neq; medicus, neq; æger percipiat differentiam alicuius periodi, sed iudicabit illam vniformem, aut ascendens, aut descendendo, aut vniformiter, sicut si sanguis peccaret & tales igitur etiam synoch. ex putredine appellantur, si modo cum copioso sanguine fuerint humores peccantes, & sub alo nomine adurentes febres, vt secundo decris. cap. 6. declarat Galenus, & hec non solum ex putrefacto sanguine, sed ex colera, & maxime citrina generantur,

à sangui. tãtum fit febris cõtinua conclusa.

Ardens feb. ac si esset uniformis a medicis diuidicat.

vt ibidem docet Galenus: verum & si nõ ita ad sensum, secundũ tamen rei naturã, non ita concluse, & non proportionales erunt iste febres, sicuti si sanguis in prædict. vasis peccans cõsisteret: ex quo, neq; manifesta, neq; obscura perspicitur remissio, quod non ita contingit in alijs putrescentibus humoribus, quamuis in predictis maioribus vasis putrescũt, quia & si in hijs etiam a principio vsq; ad finẽ videatur adesse tantummodo vna accessio, sicuti in veris continentibus, pro ratione tamen illius humoris putrescentis remissiones, atq; exacerbationes quoquomodo perspiciuntur, licet tales ferè insensibiles, & occultæ sint, quod patet in ardente febre, in qua tertio quoq; die manifestantur aliquo modo exacerbationes, & si continuitatem obtineat febris: quæ igitur ex alijs humoribus a sanguine procreantur febres, necesse est eas esse proportionales, secundum tamen naturã illius humoris peccantis in venis, verum minus videbuntur proportionales quão magis in venis maioribus, & principalioribus putruerit is humor, vt patet ex supradictis de ardente in qua propter eius materiã putrescentem in venis propin

Sanguine dẽpto ex alijs humorib. fiunt feb. proportionales.

quis

quis cordi fit febris cōtinua, ferè conclusa licet non ita simpliciter continens, vt ea, quæ ex sanguine conflatur febris: naturam tamen ferè cōtinentium, & non proportionatarum febrium semper seruabit illa febris, vbi prædictæ causæ, & conditiones adfuerint, nocumentūq; maximū inhæret cordi, pulmoni, vel hepati, nam sicut ex sanguine putrido, modo continens, modo continua consequitur febris, pro loci diuersitate in quo sanguis putrescere consueuit, cōtinens namq; quando in omnibus, aut principalioribus idem sang. putrescit, vnam à principio vsq; ad finem habens accessionem, quæ in multos porrigitur dies, cum ob vehemētem stipationem sanguis non transpiret, neq; vlla subsit occasio, quæ alterius accessionis principium excitet, continua vero quando idem humor non amplius in prędictis venis residet, sed in paruis quibusdam vasis, continetur humor, adestq; occasio aliqua, quæ alterius accessionis principium excitet, similiter de alijs humoribus putrescentibus dicendum, ita vt vno verbo sit proferendum continuas proportionales eas esse febres quando in vasis quibusdam paruis putrescat humor

naturā fere continentiū fe. seruat fe. illa cuius materia est prope cor.

Feb. continens qualis sit.

Feb. cōtinua que dicatur.

siue

ſiue is fuerit ſanguis biliosus, ſiue pituitoſus, ſiue malancholicus; non proportionales quando in maioribus, & principalioribus idem humores putruerint, vel per ſe, & erunt proportionales ſecundo modo, vel cum copioſſo ſanguine, & magis naturam continentium ſeruabunt. & ſic ex bile Galenus etiam ſicut ex ipſo ſanguine duas ſpecies febrium conſtituit quarum altera continens biliosa ſeu ſynochus biliosus appellatur, cuius vniuerſum tempus in vna cōſumitur accesſione, quæ a principio uſq; ad finem pertingit, vt patet ex Galeno ſecundo de diff. feb. cap. 2. quia viget bilis putrida in prædictis locis, altera vero continua, quæ in pluribus circuitibus continetur quando in minoribus vaſis ſeruatur eadem bilis, ſimiliter videbitur dicendum eſſe de pituita atq; nigra bile, putreſcentibus hijs humoribus in predictis vaſis cordi propinquis cum copioſo ſanguine, vt dixi, modo eorum humorum paruus fuerit exceſſus, adeo vt melancholicus, aut pituitoſus, magis dicatur ſanguis redundare, quàm pituita, & nigra bilis poſſunt itaq; continentes febres non modo ex ſanguine putreſcente in omnibus vaſis, ſeu bile cum copioſo

Ex bile cō tinens & continua fit febris.

piõſo ſanguine generari, verum etiam expituita & nigra bile, modo paruus fuerit eorum exceſſus, & cum copioſo ſanguine redundauerint, licet Galenus ſecũdo de diff. feb. cap. 2. neq; in alijs locis, ne vnum quidem verbum fecerit, de hijs continentibus febribus, quæ ex pituita & nigra bile fiunt, ſed tamtumodo que ex ſanguine, & ex bile fiunt, quia ſæpius accidunt, parui faciens ea, quæ raro, & per quàm rariſſime contingunt, nam cum ex dictis humoribus raro continue fiant feb. eodem Galeno teſte lib. ſecundo de diff. feb. cap. 2. igitur admodum rarius fient continentes, quæ vnam duntaxat habent accesſionem a principio vſq; ad finem; propterea has conſulto prætermiſit difficulter enim hij humores cum frigidi ſint, intra vaſa putreſcunt, & ſi putreſcunt difficillime eorum putredo per vniuerſa vaſa equabiliter, & cito porrigi poteſt, ſed potius in quibuſdam paruis minuſq; calidis vaſis inpacti, ac detenti ob eorum craſſitiem, & tenacitatem, vnde febres continue magis ex eijs fient, quæ plures accesſiones habent, quam continentes, vbi eos contingat intra vaſa putreſcere, ex quibus ſequitur clariſſime continuas

continens etiam ex pituita & nigra bile

Cur Gal. non fecerit mentionẽ de continẽtibus a pituita & bile nig.

Frigidi humores dificulter putreſcũt ad intra.

febres

febres non proportionales, seu continentes rarissime ex pituita, seu nigra bile fieri frequentius ex ipso sanguine, ex quo exquisiti synochi, & vere concluse febres constituuntur. Nam ex alijs quidem humoribus putrescentibus, aut in venis omnibus, aut venis propinquis cordi, non possunt quidem apparere exacerbationes manifestæ, propter magnam putredinem in humoribus & cordis vicinitatem. Virtus debilitata nõ potest materiam saltem in notabili quãtitate expellere de venis magnis ad paruas, quapropter fit feb. fortis & ferè vniformis admodum continentium, saltem secũdo modo dicto, quia in hijs apparent alique excresentiæ, & diminutiones, licet sint occulte, in continentibu., verò neq; manifestæ, neq; obscuræ, licet secundum aliquos quoquomodo videatur remiti continens tempore matutino, sed talis remissio non est vera, quia nõ fit pro ratione ægritudinis, sed ratione aeris frigidioris, quia de mane aer semper frigidior est cæteris temporibus diei in cæteris vero feb. continuis, quia aliquid de materia putrescente expellitur, de venis magnis ad paruas secũdum naturam humoris, eo tempore, in quo meteria putre-

ſcens expellitur, & fit à corde diſtantior, fit remisſior febris, reliquo tempore apparet febris intenſior, ſicut videtur in cauſonide ex bile, in quo apparet remisſio febris, licet oculta de tertio in tertium & cauſone flegmatico quottidie, illæ autem remisſiones ſunt paruæ, quia paucum eſt illud quod expellitur, ob virtutis imbecillitatem, & etiam quia aliqualis febris remisſio in comparatione ad febres ita intenſas, vix poteſt apparere, ſicut diminutio parua à quantitate magna vix ſentiri poteſt, quæ igitur ex ſanguine continentes fiunt, cum ardentibus & continuis conueniunt quod nullæ harum ad infebricitationem perueniunt, quam omnino fuerint ſolutæ febres, quia materia in cunctis hijs febribus putrescit in vaſis, continentium verò & ardentium ad huc maior conuenientia videtur eſſe cum in amabus febribus putreſcat in maioribus venis, humor in continuis ſemper in minoribus, differt tamen ardens febris a continente putrida, eo quod hæc ex ſanguine putrefacto conflatur, & a principio vſq; in finem vnam habet exacerbationem & ſimilis manet vſq; ad ſolutionem, ardens verò ex flaua bile putreſcente accenditur

differentia inter feb. ardẽtem, continuam, ac continentem.

&

& si videatur vnicam habere exacerbationem à principio vsq; in finem, sicut in continente, alternis tamen diebus exacerbatur, ac quandã habet febris immunitionem, ac veluti remissionem ex AEtio lib. quinto cap. 76. nisi modo, non ita specificè velis sumere nomen ardentis, quæ ex bile exquisita fit, sed eam ardentem, que ex sanguine etiam nuncuparur, ab ipso Galeno sæpius, & præsertim 2. aff. com. 1. sed hæc quæ, ex sanguine ardens dicitur simillimam obtinebit naturam cũ cõtinentibus quia licet nunc nomine differant, cõueniunt tamen in causa. A continuis multò magis distabũt, quàm ab ipsis ardentibus, continentes: Quia continuæ dicuntur quoniam ad infebricitationem, seu febris uacuitatem antequam ex toto soluantur non desinunt, sicuti continentes, et ipse ardentes, sed in hijs declinatio sensibilis aliqua apparet, quemadmodum ex Galeno scriptum est secũdo de cris. cap 6 cui sententiæ sub scripsit paulus libro secundo cap. 26. asserens continuam febrem esse quæ, non ante ad integritatem terminatur, quàm ex toto fuerit soluta, & si inclinatio aliqua sensibilis appareat, ita ut videatur manifestis-

sime

ſimè differre ex hoc à continentibus, in quibus prorſus nulla inclinatio, manifeſtatur, & ab ipſis ardẽtibus, in quibus obſcura perſpicitur inclinatio quamquàm multi ſint medicorum, qui etiam volunt ipſas ardentes febres non habere, neq; manifeſtas, neq; obſcuras remisſiones, vel inclinationes, adducentes Oribaſium pro fide libro ſexto cap. 6. dicentem, cùm autem nulla in febre appareat inclinatio ex ardentium erit genere, non animaduertentes, ipſum Oribaſium non ſpecificè ſumpſiſſe nomen ardentis eo in loco, ſed comuniori quoddam modo, vel eam ardentem, quæ ſanguine copioſo conſequitur, & ex tunc in illis ardẽtibus nulla inclinatio appareat, ſed in verijs ardentibus, in quibus ſanguis conuerſus eſt totus ad naturam bilis neceſſario inclinatio aliqua licet obſcura manifeſtabitur, vt ſæpius, & abundè declarauimus. vocabulorum tamen confuſio non debet artem confundere, quia licet apud Galenum, ac oribaſium, atq; alios quàm plurimos doctores ardens pro continente ſumatur, & cõtrario modo, vt manifeſtisſimè eſt videre apud Galenum 2. de criſ. cap 6. & ſecun. aff. com. præallegato, quibus in lo-

Gal. Ardẽtẽ pro continẽte ſumit.

cis clarissime habetur, ꝙ synochus dicitur febris ardens, & ardens quandoq; synochus: continentes tamen exquisiti dicuntur, quæ neq; manifestas, neq; obscuras obtinent remissiones, vel inclinationes, Ardentes, quæ obscuras, continuæ vero, quæ manifestas; quia hæ in singulis accessionibus remissionem sensibilem obtinēt, in continentibus vero nulla fit feruoris remissio, & continentes vnicam tãtum accessionem habent, continuæ verò plures. Conueniunt autem, quod neutra earum ad infebricitationem peruenit; porro continuarum febrium sicut, & intermittentiũ, ex humoribus putrescentibus tres tãtum reperiuntur differentiæ pituitosa, biliosa, melancolica, quia vel erit quotidiania cõtinua, vel tertiana continua, vel quartana continua, nam ex sanguine putrescente febris orta, quæ synochus putris, ex nono meth. med. cap. 2. appellatur ad biliosam reffertur, ex Galeno secundo de diff. feb. cap. 2. licet non ita simpliciter, ex sanguinis putredine, vt credunt nonnulli, constituatur biliosa febris, nam secundo de cris. cap. 12. dicit Galenus, quæ enim ex sanguinis putredine fit febris iam quodammodo biliosa est, iam quodammodo,

Quæ nã sit conuenientia inter has febres.

do,

do, ſeu quoquopacto biliosa eſt quaſi ve-
lit, quòd non omnino ſit biliosa, ſed po-
teſt ita quodammodo appellari, propte-
rea, quod cùm ſanguis putreſcere cæperit non
amplius bonus remanet, ſed biliosus fit,
qua ratione ſaluari poterit triplex eſſe ge-
nus vniuerſum ſimplicium febrium ex
putredine ortarum, quia cum ſanguis ad-
modum exuſtus eſt, & putrefactus fuerit,
tunc verè propriè, quod in eo pingue, ac
tenue eſt, fit flaua bilis, craſſum vero, ac
veluti fex atra. Proinde verè vna, vel al-
tera febrium ſpecies generabitur, pro va-
rietate humorum, in quos conuerſus fu-
erit ſanguis. nam ex putreſcente ſangui-
ne donec exigua in eo putredo fiat, re ve-
ra, vt ſepuis dictum fuit ſanguinea febris
generatur, cùm ſanguis adhuc ſit eius cau-
ſa: appellare tamen quoquomodo po-
teſt biliosa febris, licet improprìæ, prop-
ter cauſas asſignatas; quoniam ad illud
genus reducitur, & ita non dabitur quar-
tum genus febrium, ſed ſeruari poterit tri-
plex in vniuerſum exiſtere, quemadmodũ
loco prealegato ſecundo de cris. cap. 12.
à Galeno decretum fuit: quo in loco ex
putredine ortarum febrium dicebat non
magnum numerum eſſe, ſed omnes tres

existunt, biliosa, melancolica, ac pituitosa, quarum cuiusq; duplex differentia est intermittens, & continua, ita vt omnes simplices differentiæ febrium ex humoribus putridis consistentium sex numero sint: quod si qua alia illis accesserit, in hijs particulatim differentia, ex copia humoris, quantitate, & qualitate putredinis, nec non modo motus, & parte in qua putrescit generationem habebit: tres quidem intermittentium febrium primo erunt species, quæ ad sensibilem infebricitationem, seu febris vacuitatem perueniunt, tertiana videlicet, quotidiana, & quartana, ex Galeno secundo de diff. feb. cap. 2. & secundo de cris. cap. 6. tertiana quidem ex putrescente flaua bile, eaq; vehæmentiori motu delata per sentientes corporis partes generatur, quartana ex putrescente nigra bile, eaq; simili modo per sentientes corporis partes vehæmēter delata, accenditur: quotidiana ex pituitæ putredine ortum habet, similiter per sentientes corporis partes à natura detrusæ, vt liquet citatis locis, conueniunt tamen hæ tres intermitentium febrium differentiæ, quod nisi, humor qui est earum causa putrescat, ac vehæmentiori motu deferatur per sen-

tientes corporis partes, nulla earum gigni poterit, continuæ vero ab eiusdem humoribus numero quoq; tres erunt, quando idem humor, qui febris est autor in vasis quibusdam particularibus, à cordeq; dissitis inclusus continetur, & si putrescat flaua bilis tertianam continuam appellabimus, si pituita quotidianam cõtinuam, si nigra bilis quartanam continuam, quia tot sunt simplicium febrium differentiæ, quæ ex putredine ortum habent tam si continuæ, quam si intermitẽtes fuerint, vt habetur ex Galeno secundo de cris. cap. nono, & secu. de diff. feb. cap. 2. verum nulla prædictarum febrium vbi continua fuerit exquisita simplex esse poterit, nec tertiana, nec quartana, nec quotidiana, cùm saltem redũdans humor nũquam omnino, à sanguine secerni possit, sed simul cum sanguine intra vasa contineatur, licet quandoq; minus sanguini sit admixtus, quòd aliter contingit in ipsis intermittentibus, nam intermitentes possunt quidem exquisitam simplicitatẽ seruare, præsertim quo ad sensum, non tamen secundum rei naturam, nam secundum rei naturam forte, neq; hæ simplices omnino consistere queunt, verùm sim-

plices eas fatemur esse cum nullus alius humor, qui sensu iudicari possit, cum eo qui febrem generat est permixtus: atq; ita asserimus exquisitam tertianam, exquisitam quartanam, atq; exquisitã quotidianam existere cum flaua, vel atra bilis, seu pituita sola putrens per sentientes corporis partes vehæmenter mouentur: vbi verò eorum quispiam humor non solus, sed alteri fuerit permixtus, bilis flaua cum atra, aut pituita, tunc nequaquàm talem febrem, aut talem febris differentiam exquisite simplicem esse fatebimur, sed si bilis dominetur, tertianam notham, illegitimam, seu spuriam, nominabimus: si bituita & singulis diebus æqualem habeat accessionem quotidianam spuriam. si nigra bilis quartanam spuriam, quæ singulis quatuor diebus accessionem obtinet. Neutra tamen predictarum febrium adhuc composita febris denominanda erit, licet efficiens eam humor, amplius sincerus non sit, sed alteri permixtus, vna si quidem est dispositio, vna febris forma, seu species hactenus ab eius exquisita simplicitate recedens, quatenus fuerit eius causa alteri humori permixta, dicetur itaq; hæc febris simplex adhuc, licet non exquisite

quisitè talis sit nam & si exquisite febris symptomata aliqua non insint, sed eorum nonnulla habent, eundem tamen seruat intensionis, ac remissionis ordinem, eundemq; typum, propterea vna simplexq; febris erit, licet non exquisitè quod manifeste confirmari poterit ex Galeno 2. de diff. feb. cap. 2. sub exemplo tertianæ. Neq; enim sola tertiana appellabitur, que omnia in se habeat, quæ exquisità tertiana requirit, erit tamen hæc exquisita, si verò aliquid horum defecerit, non propterea tertiana appellabetur, licet non amplius habeat exquisitè nomen, sed vel tertiana simpliciter, vel extensa, vel notha, vel magis seu plurimum extensa dicetur, seu quomodocunq; eam appellare volueris, satis sit eam dici, & esse tertianam, quoniam typum, seu formam tertianæ seruat, tametsi eius accesſio breuiori tempore vltra duodecim horas protrahatur, quàm si lõgiori, tametsi exiguus fuerit flauæ bili permixtus alter humor, quàm si multus, modo bilis ipsa præualeat, ac dominetur, verùm febres omnes quæ ex putredine humorum continuæ appellantur, tunc simplices esse dicuntur, quando ex vna tantum materia, quæ ita ad sensum

apparcat, in vasis putrescente fiunt. Vt in ipsa synocha, compositæ verò erunt, quæ ex vna materia putrefacta intra, & extra, vel ex diuersis humoribus putrefactis intus tamtum: vel intus, & extra fiunt, vt emitritei. Multis enim modis permisceri febres istæ possunt, nam quandoq; quædam febres vnius generis cum alijs eiusdem generis componuntur, vel vnius speciei cum alijs eiusdem speciei. Interim verò contingit, vt etiam differentes sint, vt 2. de cris. cap. 7. scriptum est, vnius siquidem generis cum alijs eiusdem generis, vt diaria, aut quæ ex putredine ortũ habet, cum alia putrida, vt tertiana cum quotidiana, vnius generis cum alijs diuersis genere, vt diaria cum hectica, aut putrida cum hectica complicantur. Item febres vnius speciei cum alijs eiusdem speciei, vt tertiana, cum tertiana, quotidiana cum quotidiana, & quartana cum quartana, & quælibet earum siue intermittens cum intermitente, aut continua cum continua, siue intermitens cum continua. Diuersæ autem speciei componuntur febres, quando tertiana anectitur cum quotidiana, aut quartana, siue quotidiana cum quartana, quandoq; etiam, & tertiana, &

quotidiana, & quartana simul siue intermitentes fuerint, siue continuæ. Qua enim methodo conponuntur, & diudicãtur tertiana. & quotidiana ex Galeno secundo de diff. feb. cap. 2. eadem quoquè & quartana alijs complicatur. itaq; vt quatruplex traditur earum implexus, quatruplex pariter in hac, vtriquæ earũ copulanda reperirtur. Primus quando quartana intermitens tertianæ, aut quotidianæ intermitenti comiscetur. alter quã do quartana intermitens, tertianæ, aut quotidianæ continuæ coniungitur. Tertius quando quartana continua, tertianæ, aut quotidianæ continuæ copulatur. Quartus quãdo quartana continua, tertianæ, aut quotidianæ intermitenti permiscetur ceterum vniuscuiusq; dictorum implexuum differentia duplex est, interdum enim omnes accesiones eodem tẽpore simul inuadunt, quandoq; diuersis temporibus accessiones prehendunt. vnde per implexum, modo per confusionem ab aliquibus huiusmodi febrium implicatio rectius nuncupatur, per implexum quando eadem febres horis differentibus inuaserint, confusionem verò, quando eodem tempore inceperint, vt liquet secũ-
do

do de diff. feb. cap. 2. modo earundem febrium compositarum putredinis sedes sit diuersa, seu accessionis principium diuersum vt Galenus etiã in libro de typis exactissimè describit, quo in loco complicatas febres edocet, & permiscet tertianã, quotidianam, quartanam, ac reliquas inuicem. Iungitur enim quotidianus typus tertianus, & quartanus cùm primus dies tres habet inuasiones, & totidem remissiones, secundus vnam, tertius duas, quartus tres. typus est ordo intensionis, ac remissionis, ac reditus earum febrium per statas ac ordinatas vices, periodus vero tẽpus intensionis & remissionis in morbis factum. Porro typorum alij simplices sunt, alij compositi. Simplices quidem qui vnum faciunt insultũ compositi vero qui ex pluribus cõstãt, & accessionibus & remissionib. Horum alij simili bus genere cõstituuntur, alij diuersis. Et typorũ quoq; alij prim dicuntur, qui paruam habent accessionemi longam autem remissionem vt tertiani, quartani, alij secundi, qui longam obtinent accessionem, paruam autẽ remissionem, vt quotidiani, & extensus semitertianus· Alij consistentes, qui ijsdem horis inuadunt, & remitunt. Alij

mobiles, qui ſemper aliꝭs & diuerſis horis inuadunt. Quorum aliꝭ ſunt præocupatoriꝭ, aliꝭ poſteriores, ſimplices omnes, qui vnum faciunt inſultum, aut compoſiti, qui ex pluribus conſtant ſimilibus genere, vt quotidianus ſimplex, duplici quotidiano, tertianus, tertiano, aut diuerſis, vt dum quotidianus tertiano, aut tertianus quartão complicatur, de quibus ſatis abunde ex Galeno tractatur ſecundo de diff. feb. cap. 8. & longa oratione in libello de typꝭs, quo in loco exactisſimè deſcribit febrium omnium complicationes.

CONTINVARVM PVtrid. Indicia: Cap. VIII.

FEbres igitur humoribus accenſæ tam ſi continue fuerint, quàm intermittentes diſcernuntur à reliquis hꝭs potisſimum indicꝭs, quorum primũ erit, quod â cauſa externa non fiant, primo de diff. febr. cap. vꝭ. cauſæ â quibus excitãtur ſunt nes, quæ posſunt humoribus inducere putredinem in corpore ſite. Obſtructiones, plethora, cacochymia, & aliæ id genus

nus, neq; plures enumerari poterūt, quàm quinq; putredinis causæ, quæ internæ fuerint, vt multitudo humorum; grossities eorum, viscositas eorum, oppilatio pororum, & fumositatum retentio; quarum due vltime sunt magis potentes, & sufficientes ad putredinem procreandam, oppilatio enim pororum ex quacunq; causa retinetur talis fumositas, ideo dissoluuntur, & corrumpuntur humores, & putrescunt in vasis, vel extra. Neq; ad illarum generationem requiritur causa procatartica recens, nam potuit longo dierum tractu excitasse prædictos affectus in corpore, quemadmodum neq; est necessarium vt quorundam fert opinio semper adesse causam antecedentem, coniuncta tamen perpetuo requiritur. Causa igitur procatartica comunis est diarijs, & hecticis, rarò tamen excitat putridas, nisi, ex accidenti, interuentu nimirum febris diariæ cui putrida aliquando succedit, causis quibusdam ad id concurrentibus internis, quas omnes attingit Galenus primo de diff. feb. cap. prealegato, à reliquis quoq; putridæ febres, discernuntur vrinis, pulsibus, & caloris qualitate, quæ tria sunt maxima in omni febre indicia ex calore

A causa procatartica non fiunt putridæ febres.

lore presertim putridæ omnes tã intermitẽtes, quàm continuæ dignoscuntur, quia in hijs acrior, & mordacior calor adest, quam diarijs, & synocho non putri ex Galeno loco prealegato; mordax autem, & acris est non in febre modo, sed alijs, ferè omnibus calor, quia à putredine proficiscitur, sicuti exemplo stercoris adducto per Galenum potest confirmari, à quo exurgebat exhalatio vehementer mordens, ac oculos, & nares lædens. Mordax igitur calor in putridis, tactu percipitur, si explorantis manus sit in calido, frigidioq; temperata, molis, duræq; media. Sed ea mordacitas, & acrimonia in alijs est euidentior, in alijs obscurior, in alijs celerius in alijs tardius percipitur pro humoris putrescentis conditione, & corporis affectu natura, ipsius quoq; morbi tempore, nam acrior & mordacior in augumento, & statu accessionis, tum constitutionis reperitur, & in biliosis statim manum medici acrimonia pungit, mox autem à manu perceptus calor intensior, in pituitosis, contra: vaporosus initio, nec mox se prodit: sed aliquanto post emicat, & manum medici mordet, sed maximè inequalis: semper deprehenditur sic qualitas caloris

Calor mordax.

caloris etiam humores febrem committẽ-
tes, & febris speciem maximè indicat.
Pulsus inæqualis Cæterum pulsum, atq; etiam calorem
inequalem esse, siue per initia accessionum
siue per incrementa, talium generi febriũ
proprium est, sed haud quaquam insepa-
rabile, multe enim etiam sine inæqualitate
sensibili incipiunt, atq; ad statum perueni-
unt, inæqualis autem, non modo in mul-
tis pulsationibus: sed etiam in vna quia
dijastole tardior, systoles autem velocitas
euidens in accessionis augumento: non
Pulsus arctior. tamen obscura initio, & vigore. Pulsus
igitur initio accessionum arctior idest
paruus, & inæqualis, & velox quibusdã
adest, neq; id talium febrium inseparabi-
le est: non tamen comune est alteri vlli ge
neri febrium, sed harum proprium, quẽ-
admodum ipsa inequalitas, vbi alicuius
symptomatis ratione non accidit. Sæpe
enim in ipso ore ventriculi, collecto quo-
dam paruo humore, ac mordaci, ac frigido
paruus simul & inæqualis existit, sed uo-
mentibus hæc ambo statim desistunt. vbi
verò ventriculus nihil huiusmodi patitur,
prædictarum generis febrium talis pulsus
existit. Proprium præterea, atq; Insepara-
bile erit, generi febrium ex humorum pu
tredine

tredine infeſtantium, velocitas contractionis pulſus, euidentior quidem per incrementa, ſed minime obſcura per ipſos vigores, atq; initia accesſionum, comitatur autem has per initia, paruus ſimul, ac velox pulſus, per vigorem autē magnus ſimul, ac velox, nec ſecus frequentia ipſa per exteriorem quietem perſpicua eſt in huiuſmodi febribus, neque diarijs, neq; hecticis ſimilis, pulſus quidem arctior dicitur, qui oppreſſus, paruus, ac inæqualis exiſtit, inæqualitaſ ſequitur omnes cauſas impediētes liberum arteriæ motū, paruus verò fit incipiēte accesſione, quòd necesſitas non admodum vrgeat, facultas ſit ſopita, & oppreſſa, inſtrumentum humoris copia impeditum multum dilatari vel contrahi non posſit, vt in quartanis & quotidianis. In illis enim fit eximia quædam ad tarditatem, & raritatem conuerſio. Præterea vnius motus inæqualitas longe euidentior in eis percipitur, quā, in alijs. in quotidianis verò, pulſus quartanarum pulſibus ſunt tanto minores, quāto quartanarum pulſus ſunt tertianarum, in quibus pulſus ſtatim ſunt magni, calidi vehæmentes, omnis inæqualitatis preterquam febrilis expertes. Itaq; quòd pulſus

Pulſus cō tractio.

ſus ſit paruus, & inæqualis haud quaquã inſeparabile eſt à putredis, hæc tamen inæqualitas in aliĳs ſit maior, in aliĳs minor, prout hæc, quæ dicta ſunt, vel aucta magis, vel diminuta ſunt. In tertianis igitur, quia materia eſt pauca, ac tenuis, parum grauans vires, pulſus ſunt ferè omnis inæqualitatis expertes. Calor etiam facile accenditur, & diffunditur per corpus, ſecus, quam in aliĳs, vbi contraria ferè adſunt omnia, & materia plerunq; diuerſi generis, vt in epiala, lipyria ferè ſemper, in quartana, ac quotidiana ſæpe accidit. Quæ difficulter accenditur, ac tardè mouetur, & ſæpe illius materia exiguis meatibus inhæret, ac premit, interdum grauat quæ vires. Ideo, quæ inæqualem, ac debilem, paruumq; efficit pulſum, per febrem autem bilioſam ſi quidem inter initia accesſionum, hæc quandoquè adſint mox tamen recedunt. Maximè proprium inſuper eſt talium febrium putridarum vrinæ cruditas, atq; obſcura concoctio neque enim cruda, neque obſcure concocta in febribus diariĳs exiſtit. Sed per huiuſmodi putridas febres, magnum, atq; inſigne indicium concoctionis in primis vrinis nunquam exiſtere poteſt. Niſi a diariis

Vrina cruda.

ariis in has transitum faciat. Nam in principio putridarum apparent, vel penitus crudæ, aut obscuræ cõcoctæ, quod facultas naturalis, aut vitalis, sit læsa, quòd temperies, solidarum partium vnde concoctiones proficiscuntur, sit plurimum immutata, vrina vt cocta sit, iudicatur a Galeno primo de cris. cap. 6. colore subruffa, & subflaua, magis autem subruffa, substantia a crassitudine mediocris, habetquè hypostas imalbam, læuem, & æqualē vel saltem sublimamentum, aut nebulam. Tales sunt vrinæ febricitantium febre diaria, vel ab hac parum deflectunt, non autem putridarum si quando in principio putridarum vrinæ apparent, cocte, & in eis sit sedimentum laudabile, verisimile est illud non ex materia febris, sed aliunde deriuari, id quod accidit sæpe ob diariam præcedentem. Apparet etiam vrina in putridis ob humores varios nunc cocta, nunc cruda, verum propterea non euertitur, quod à Galeno primo de diff. feb. cap. 7. de vrina putridarum statuitur. Illa enim coctio est imperfecta, est insuper rigor factus inter initia signum putridarum non autem causa ipsius febris, vt aliqui tenent, nam certe puto febrem potius esse causam

Rigor indiciũ feb. putride.

causam rigoris, & rigorem signum febris, dum enim in partibus internis accenditur febris, humores, qui delitescebant quieti, attenuantur a calore febrili, & feruntur per partes sensiles corporis, expulsi a facultate naturali, atque eum motum efficiunt, quem rigorem dicimus. Non tamen negandum, quia hoc motu calor quodam modo suscitetur, & intendatur. Sed rigorem signum esse febris, non causam indicauit Galenus, qui eum inter alia signa reposuit primo de diff. feb. cap. 7. præterea est symptoma facultatis animalis motus corrupti, vt habetur ex Galeno in libro de diff. sympt. cap. 1. præterea si rigor ob motum esset causa febris, afferenda esset ratio, cur potius putridam excitat, quam Ephemeram. Rigor igitur vt horror signum est putride, non quod omnibus ex putredine accensis febribus assideat, ille enim intermittentibus magis circa initia contingit, & precipue tertianis, & ardentibus, circa indicationem, & febribus ex inflamatione ortis circa puris generationem: hic quartanis, vt refrigeratio quotidianis potissimum competit, quamuis in quartanis quoque febribus, succus ex calido, frigido quæ mixtus, rigorem quandoq;

Rigor et horror.

doq; excitat, leuiorem, qualis etiam in continuis quibuſdam ob materiæ vel inæqualitatem, vel malignitatem conſpicitur, & compoſitis pleriſquè. Nam omnis febris continua ſui quidem ratione cum exquiſita fuerit, neq; rigorem habet, nequè horrorem, vt conſtat ex Galeno lib. ſecundo de diff. feb. cap. 8. ſine enim rigore inuadere comune indicium continuarum videtur eſſe, vt ſecundo, &c. de cris. cap. ſexto habetur. Quia in his humor putreſcens in paruis, ac particularibus vaſis non amplius propter obſtructionem, per eadem vehæmentiori motu defertur, ſed in eiſdem incluſus continetur: qua ratione minus etiam lædit, quam ſi vehementiori motu moueretur, id quod comune eſt omnibus excrementis preſertim acribus, & mordacibus, vt liquet ſecundo de cauſis ſymp. cap. 5. præterea nec eadē vaſa adeo exactiori ſenſu preædita ſunt, quemadmodum totius corporis partes, quæ magis nerueæ ſunt, ita vt ab eiuſdem putreſcentibus ſuccis vehementer ſtimulentur, ac pungantur. Ex quibus ſequitur, quod in febribus continuis non conſequatur rigor, & horror ratione, qua continua fuerit febris, licet in principijs aliquarum

continuarum, vt ex Hip. colligitur ſecundo in primum de morb. vulgaribus poſſit fieri, rigor nam prædicto loco inquit in continuis febribus, quæ omnino nunquã intermittebãt ·rigores omnibus (dicebat) inordinati, & errantes erant. Quia non in cõuenit, quod in prima continuarũ feb. acceſſione, quædam febres, rigorẽ frigus aut horrorem præſeferant. Verum non ratione, qua continue ſunt, ſed quia ob humorum copiam, ſeu eorundem tenuitatẽ, quæ in vaſis contineri nequeat, pars aliqua, quæ potius icor, ſeu tenuior pars ſanguinis eſt, venas pertranſit, & ad ſentientes confluit partes, vnde cõflatur aliquod ſymptoma conſimile rigori, id tamen non contingit ex eo humore, qui in vaſis continetur, temporis vero progreſſu cum magis in eiſdem vaſis impingãtur humores, craſſioresq; reddantur, ac propterea obſtructio augeatur, vnde ſimul vaſorum vires imbeciliores redduntur, præterea nõ amplius in hijs rigores contingunt. Quoniam nec eiusdem humoris, præterea pars aliqua, ad ſentientes partes effunditur; quod verò de rigoris motu aſſeruit Galenus, de horrore quoq; ac partium refrigeratione ſimiliter intelligere oportet, etenim

nim non alia ratione calor naturalis mouetur, vbi hæc contingant in principijs accesſionum, quàm in ipſis rigoribus, neque alia ratione inter ſe diſidēt, quam maioris, minoris ve, validi nanquè motus fiunt expultricis facultatis in rigoribus, mediocres in horroribus, ac multo magis mediocres in inæqualitate, & partium extremarum refrigeratione, nã multus, ac mordax humor concucientem rigorem infert minus mordax, ſeu mediocriter auctus horrorem excitat, vbi vero, quæ dicta ſunt remitantur, ne horror quidem fiet, ſed vel inæqualitas, vel refrigeratio extremarum partium, adæo quod ſi paucus fuerit humor, & nõ mordax, motus vero lētus, ac languidus, ſolum frigus inuehit, ſin copioſior ſit, aut acrior, vt eius motus, impulſus concitatior horror inuadit, cum vero plurimus, is quæ vehementer acer, ac mordax, magnoquè impetu per ſentientes corporis partes defertur, verus rigor inducitur, vt liquet apud Galenum ſecũdo de cauſis ſympt. & decimo meth. med. cap. 10. quæ omnia dicuntur eſſe indicia, quæ ab actione læſa deſumuntur preſertim in ipſis febribus intermitētibus, quib. in febribus continuis non antecedit rigor,

& horror, vt dictum est neque frigus notabile: sed aliquando remissum valde in extremis. sicuti neq; in suis declinationibus non desinunt cum sudore, vomitu, & secessu, sicuti contingit in interpolatis, in quibus minuitur materia sudore, vomitu, in singulis accessionibus, in continua verò cum accidit sudor cōposite eradicatur materia tota: efficiens feb. Igitur si in cōtinua apparuerit rigor fortis, & sudor, erit tamtummodo in die cretica, quando materia via crisis expellitur ad extra venas, vt in ardente quandoq; vt liquet ex Hip. quarto aff. aff. 53. erunt igitur hec predicta fere omnia indicia putridarum febriū, tam si continuæ fuerint, quam si intermitentes, verum non omnia inseparabilia, & propria sicut calor acris, & mordax, & pulsus contractio, seu velocitas contractionis, seu submisionis pulsuum, & vrine a principio cruditas, seu debiliter cocta. Neque enim cruda atque debiliter cocta in ephimeris apparet. Ac earum quidē alterutra seorsum est proprium huiusmodi febrium indicium. Simul autem vtraque dicta secundum distinctionis proloquium omnino inseperabilis primum, deinde non inseparabile, sed proprium earum quæ ex

putred

putredine fiunt febrium indiciũ erit quod nulla præincipiens causa eas antecedat, neque enim ad illarum generationem requiritur causa procatartica recens. secundum indicium non tamen inseparabile est rigor, neq; .n. in omnibus inest, quemadmodum neque horrores. ipsi.n. non modo non sunt ab huiusmodi febribus inseparabiles, sed neque ab initio proprij. Inæqualitas vero pulsuum, atque caloris siue in principijs, siue in augumento contingat est huiusmodi febrium generis proprium indicium, non tamen, & ipsum inseperabile, adhuc autem magis proprium, neque hoc est inseperabile repetitio accessionum, hoc est exacerbationes plures habeant, seu quod paroxismi plures habeãt insultus, sicuti neque pulsuum aflictatio vel compressio, sic autem nominant quãdo incipiente accessione fit arctior .i. paruus, inequalis, & obscurus reditur pulsus neque enim hoc ipsum ab hisce febribus est inseperabile non tamen alicui alteri febri comune, sed proprium istarum, ac peculiare, sicuti inæqualitas ipsa nisi alicuius symptomatis ratione superueniat, vt exemplo ventriculi supernis ostensum fuit. Insuper si post febris declinationem

integra nõ ſucceſſerint quies, hoc ſimiliter indicium in putridis obſeruatur, quia varijs modis ſoluitur febris putride accesſio, ferè tamen fit ſolutio per excrecionẽ ſenſibilem, ſed non vt integritas perfecta ſuccedit declinationi ephemeræ, ſic fit in putridis, In hijs enim ſemper relinquitur febris veſtigium, neque redeunt omnia ad ſtatum naturalem, etiam ſi temporis ſpatium inter prioris accesſionis finem, & ſequentis initium longum ſit. Declinatio igitur non deſinens ad integritatem ſemper indicium putridarum erit, niſi fiat modo tranſitus diariæ in putridam, reliqua vero indicia, quæ a Galeno primo de diff. feb. 7. ſcribuntur, non putridam modo in genere, ſed eius ſpeciem deſignant. Vt ſi per ipſum accesſionis vigorem ſympto ma, & hæc ſunt putridarum febrium indicia, quæ non ſolum ab ephemeris ipſas putridas diſtingunt, ſed etiam ab ipſis hecticis, quamquam omnia diariarum indicia tamtum ſex fuerint repoſita Galeno, & primum quidem indicium erit diariarum quod omnes pulſus Galeno libro 3. de predictione ex pulſibus autore, in magnitudinem, celeritatem, crebritatemq; pulſus, quantum in ipſis eſt, mutant. Exquiſite

Declinatio putridarum qualis ſit.

ephemera febris ſex indicijs dinoſcitur.

quisite autem seruant eam, quæ secũdum naturam est æqualitatem, molitiem & ordinem. alterum vrina: prima siquidem statim die cõcocta apparet, & bene colorata. Tertium caloris qualitas: quæ in omnibus suauis, & mitis existit. Quartum declinatio: quæ in singulis cũ sudore, rore, aut omnino cum aliquo optimo vapore accidit. Quintum, defectus malignorum symptomatum. Sextum, quia omnes a causa extrinseca, seu procatarrica (quam primitiuam vocant) oriuntur. Quæ secus omnia contigunt in putridis febribus, de diariæ vero indicijs copiosius habetur ex Galeno primo de Glauconem cap. 2. & lib. 1. de diff. feb. cap. 7. nec non libro secundo de cris. cap. 13. Quædam etiam sunt signa quibus particulatim quæuis diaria dignoscitur, que traduntur a Galeno lib. primo de feb. cap. 11. & libro secundo de cris, cap. vlt. & lib. primo ad Glauconem cap. 2. a putridis similiter hæctica, quæ in marasmum incidit, cognitu promptissima atq; facilime existit cũ cutis eorum aprime arida sit, quam si digitis aprehendens extenderis, instar corij cuiusdam consistit. & caliditas quum primum manus admouetur debilis est, paulo

Hectica febris quibus dinoscatur.

post

post acris,& rodens erumpit: pulsus eorū tenuis, durus, debilis, & frequens est. Maximum vero hecticis indicium proprium, est quod adhibito cibo calor incenditur, & pulsus magnitudine, ac velocitate intēditur. verum calor ingesto cibo, calido quidem celerius, frigido vero tardius augetur. Quoad enim ad sanguinis naturā tendit cibus, refrigerat excalfacitue animal medicamenti ritu. Conuersus demū in sanguinem calorem naturalem auget. sic pulsus (qui a rebus naturalibus, preter naturā, & non naturalibus, vt cibo immutari solet) in magnitudinem, & velocitatem augetur, aucto nimirum calore. & corroborata vtcunque facultate. Ita vt equalis accessio videatur, verum, & nequaquam est accessio cum febris hectica accessionem habeat vnicam ad finem vsque vel mortem. Neque est hoc illi comune cum alijs febribus putridis. In his enim nunquam recurrit accessio, quin eorum sYmptomata, ut aliud aliquod pariter adsit, & præterea id illis (secus quam hecticis) cōtingit etiā citra alimenti sumptionem, neque fit exacerbatio vnquam in cōtinuis, quin manifeste sentiatur quedam inæqualitas, & immutatio, preter eā, que in pulsu & calore

re percipitur. nisi forte synochi speciem quandam inde excipias, vbi inequalitas illa forte non erit obscura, at certe non obscuris aliis signis distingui ab hectica videbis, insuper in hectica detentos oculos ægros habere immodice concauos, quia exhausta iam vniuersa in ipsis humida substantia est, ita vt ossium, quibus palpebre coherent eminentiæ conspiciantur. sordes quidem in ipsis aride apparent, & quidam squalidus affectus, qualis maxime inest his qui toto die sub solis ardore iter longum per puluerem fecerunt. *Flos* etiam vitalis periit, cutisq; in fronte arida distensaquè est. palpebre frequenter veluti somnolente conniuent. Verum passio eorum non est, sed potuis vigilandi impotentia, contabuere quoque carnes que in temporibus sunt, vt collapsa videantur, & concaua loca. Et quid aliud omnino sunt, quam ossa, atq; cutis, adeo vt si nudato corpore partes ad ventrem attinentes aspicias, neq; ex intestinis, aut visceribus aliquod superesse censueris, ac precordia uehementer contracta versus toracem videbuntur. & hec sufficiant quo ad indicia hecticarum febrium presertim tertii gradus. Nam signa primi gradus

intensa

intensa secundum, & medium gradum exprimunt. Indicia vero tertij gradus remissa eundem significant. Extemos duos Galenus tantum absoluit gradus, percurrit q; omnia indicia, quibus deprehenduntur, medium autem prætermisit, neque in describendis illis signis elaborandum putauit: Quandoquidem duobus extremis (quod alibi etiam obseruatur) perspectis, facile erit medium intelligere. prima preterea species hecticæ dum exigua dicitur hectica, hoc refferendum videtur ad sensum. Non enim hic tanta sentitur caloris vehementia, a medico, aut ab ægrotante, quanta in synocho & ardẽte. Putant enim, qui febre laborant, se carere febre. Neque vero exigua dicitur hectica, quod sit paruus morbus. Si enim singula, quæ morbum magnum efficiunt ratione animo lustraueris. Inuenies sane hecticam in magnis numerandam esse.

Hactica non est paruus morbus, sed debilis febris.

Peracutarum

PERACVTARVM febrium differentiæ, causæ, & indicia. Cap. VIIII.

Peracutarum febrium duo tantum videntur esse genera, Gal. 3. de crisi cap. 4. referente in omnibus morbis peracutis necesse esse, vel febres synochos esse, vel continuas quidem, sed quæ per tertium exacerbantur. Synochorũ præterea duæ quoq; reperiũtur differentiæ apud Gal. 2. de differentijs febriũ cap. 2. & nono met. cap. 4. vel n. ex sanguine synochus erit, vel biliosus synochus appellabitur. A' pituita, & nigra bile synochi non reperiuntur, quia cum ex his rarò continuæ fiant febres teste Galeno 2. de diff. feb. citato loco, rarius admodum fient synochi, in quibus vna dũtaxat adest accessio â principio vsq; ad finem perdurans. Si modo excipias eam febrem, quam causon nothum ex pituita appellauit Hipocrates 2. de ratione victus in acut. sect. 1. at in hac quoq; feb. pituita cũ copioso sanguine in maioribus venis redũdat, ita vt pituitosus magis dicatſ sanguis redũdare, quã pituita,

peracuta

peracuta, tamen, & hæc erit, non meritò phlegmatis, sed sanguinis cōmixti. Quæ verò febres in peracutis morbis, tertio, die exacerbantur, sunt continuæ proportionales, ex putredine tantum bilis ad intra vasa existente, nam hac in venis pulmonis, aut hepatis, vel alijs cordi propinquis putrescente fit causon, seu que ardens dicitur si verò in venis à corde remotis eadem putrescat fit tertiana continua, sicuti cum extra vasa putruerit, quodq́; putruerit resoluitur, priusquā alia portio putrescat, tertiana intermittēs fit, sic dicta, quòd ad infebricitarionem perueniat. Omnis igitur febris biliosa à bile simplici, & pura triplex erit, aut .n. erit intermittens tertiana, aut causon, aut tertiana continua, licet in causone bilis, putrefiat in maioribus, in continua vero in minoribus. Dicebat autem Isac quarto de febribus, quod causon differt à tertiana, quæ est intra venas, quia tertiana cholera est in venis à corde remotis, sed causonis cholera magis esse in cauitate venarum, que sunt in corde, vel illi proximæ. Et Auicena fen prima quarti can. loquens de causis febris ardentis inquit, & causa in eo est acuitas materiæ, & multitudo eius, cum eius causus sit circa

Febris à bile differentiæ.

ca cor, & in venis oris ſtomachi, & in partibus Hepatis propriè, & ad ſummum in membris nobilibus vicinis cordi, in tertiana vero cõtinua cholera eſt ſparſa in venis corporis, que elungantur a corde. Ex quibus clarè habetur, quod ab ipſa bile putreſcente in venis duæ ſpecies febrium procreantur re ipſa, & nomine quam maximè diſcrepantes. Licet ex bile putreſcente in venis, vnam tantùm oriri febrem, non duas plerique autument, inter quos Leonardus Fuſchius connumerari poteſt, qui duas febrium ſpecies in vnam confundit, cum nullam inter ardentem, & tertianã continuã ponat differentiam, vnde in lib. quarto ſuarum inſtitutionum medicinæ cap. decimo, & quarto de morbis medends cap. quarto de continuis febribus inquit ſi enim flaua bilis, intra vaſa putreſcat fit tertiana continua, quæ alio nomine Græcis cauſon, Latinis vero ardens appellatur, ex quibus clarè patet nullam prorſus differentiam inter tertianam continuam, & ardentem poſuiſſe; & quod tertiana continua eſt illa febris quæ propriè ardens dicitur; Licet ſæpius dictum fuerit, ſicuti etiam, ex præacitatis locis cõſtat, ardentem febrem ſemper ſui euentus

Leonardi fuſcij error.

occaſ.

occaſionem a materia biliofa putrida in venis propinquis cordi deſumpſiſſe, tertianam vero continuam, ab eadem quidem materia ſed in venis a corde remotis, ita vt loco affecto, quā maxime differat, licet cōueniāt in cauſa, in ardente igitur vt etiam dilucidius diſtinxit Serapio tractatu, ſex. de febre cap. 14. inflammatio erit proprie in inſtrumentis, quæ ſunt in circuitu cordis, ſed tertiana continua fit ex inflammatione bilis, & eius ebulitione, tamen eis & in omnibus inſtrumentis reliquoq; in corpore æqualiter, ſicut ſæpius etiam ad hanc mentem Galen. dixit hac in febre ardente bilē putreſcere, vel prope cor, vel In ventriculo, vel in Hæpate, vt eſt videre quarto de ratione victus in acutis commento primo, imo ſecundo in primum de morbis commento ſecundo differentiam ponens inter tertianam, & febrem ardentem dicebat ardentes febres abundare potisſimum in venis iecoris, & ventris & in eodem libro ſect. 14. tertiæ tempeſtatis inquit Nam cum in vaſorum capedinibus vna cum ſanguine continetur flaua bilis, vterq; accendatur contingit febres ardentes prodire, precipuè verò vbi in ventris aut iecoris aut pulmonis venis bilis efferueſcat

Febris ardentis & tertiane continuæ diſcrimē.

uefcat

uescat, & primo in primũ de morbis uulgaribus sectione nona inquit, spirante Aquilone præter morem, qui impellebat humores in intrinsecas corporis partes tenuissimus primus fluebat, ita quod febrem ardentem induxit, neq; .n. quibuslibet partibus corporis priuatis febrem potest humor hic excitare ardentem. Verum circa ventriculũ, & eius precipuè os, circaq; iocinoris partes simas, ex quibus clarè etiam patet has ambas febres penes loca affecta multum differre, licet à ratione alienũ non fuerit, si penes etiam causas eas distinguere velis, cum ipsa tertiana continua semper bilem putridam pro eius generatione suscipiat, Ardens verò quandoq; eam in putridam, vt mens fuit inter recentiores Dionisij Fontanoni quarto de morbis internis 10. dicentis, potest, & causon à sola bilis incensione sine putredine, vt synochus à sola sanguinis inflammatione sine putredine fieri; quam forsitan sententiã desumpsit ab Auer. lib. 3. collect. suarum cap. 4. dicente non est ex necessitate, vt omnis calor extraneus, aut omnis febris sit putredinalis, & maxime causon, vt hinc apud Auer. colligitur, ardẽtem febrem fieri posse absq; putredine

Causon a sola bile non putrefacta.

quod quidem creditu perdifficile videtur. Sed Auer. forsan deceptus est ex eo Gal. com. qui est 59. 4. aff. vbi inquit tertianam febrem, ab ea, quæ ardens nominatur humore faciente non differre, vtraq;.n. a flaua bile fit, differunt autem quoniam febris ardēs habet in venis vna cum sanguine plurimam bilem ebulientem, tertiana verò eandem bilem habet in corpore toto delatam, & motā, vnde Antonius Musa nō immeritò 4. de ratione victus in acutis com. suo primæ sectionis febrem ardentem dixit ab ardore potius denominari, quàm à putredine, qua constat, dicitq; putredinem non esse vehementiorem in his ardentibus, sed multò maiorem caloris vehementiam, hancq; magis presentiri, quam putredinem, Hinc denominationem potius a calore, quā à putredine habere, nam a bile fit naturali accēsa, non tamen ea imputrida quia apud Hip. & Gal. hoc nunquā reperitur, imo iudicāt causon fieri à materia in venis contenta cum sit febris continua, & fieri à materiebus, quas vel venulæ attrahūt, vel ab aliјs partibus trāsmittuntur, non negat tamen Galenus posse fieri febrem ex tali adustione, nam, 10, meth. med. fatetur febrem in biliosis

Brasauola ardentis nomē declara.

biliosis, ex labore, & ex motu sub sole, sed diarias has febres non ardentes vocat, imo in eiusmodi febribus, in initio cibum dat quia sunt spiritus accensi, & à cibo vaporum acuitas remittitur. At si fuisset febris ex materia putrida Gal. in accesionis principio cibum non dedisset, vnde dicere oportet, si Auer. voluit, illam esse febrem Ephmeram, & in spiritibus non autem in humoribus tamen causon nuncupari posse, quia aliis Ephemeris longè calidior sit; ab eo non dissentimus, si verò esse verum causon, intellexit, ab illa, quæ superius dicta sunt, ab eo spontè dissentimus. sed maius peccatum committit idē author, cum quarto collectarum suarum cap. 28. censet causon fieri a cholera eruginosa, aut prasfina, & accesionem huius esse longam ob illius humoris inobedientiam ad coctionem censet, quam etiam sententiam Brasauolus secundo de ratione victus in morbis acutis com. primæ sectionis reprobauit, quia inquit ab his bilis generibus non potest fieri causon, quoniam cum abundant semper læthales ægritudines faciunt, neq; in membris, in quibus est harum febrium minera, quæ à Galeno iudicantur, iecur stomachus, &

Auercis opinio de causa ardentis febris.

Reprobatur Auer. a musa.

partes cordi propinquæ tanta huius bilis portio, vt febris fiat colligi poteſt, nam priuſq; in hanc incideret homo moreretur, & ſubdit idem author, minus verum quod dicit Auer. accesſionem eſſe longã arbitror, quia breuisſime illi intereunt, qui his bilis generibus abundant. At hic petes, à quibus ergo humoribus hæc febris, cum a predictis non fiat, precipue fieri posſit? minus à ſanguine, quia non datur apud Gal. febris, ex ſanguinis putredine, neq; etiam poteſt fieri a bile vitellina, quia craſſa eſt, neq; tantam poteſt efficere accesſionem, vt cauſon nuncupari posſit, neq; habet vapores tenues, acres, & quiveluti pungant, vt ſunt vapores, quos habere debet ardens febris, neq; ab atra bile, quoniã ob ſuam crasſitiẽ non tam ardẽter inflamatur, vt cauſus dici posſit illa accesſio, & vapores habet valde craſſos. In libro introductorio Galeno adſcripto dicitur oriri, ex bile non nimis ſicca circa venas, quæ ad iecur ſunt quamuis in lib. de dynamidijs ſit contradictio, vbi inquit cauſon naſcitur, ex bile nigra nimiũ ſicca circa ſubtiliores venas hepatis, ſed his poſthabitis, quæ ad rem nihil faciunt, cum au thorem verum non ſequantur breuiter cũ

Contradictio in Gal. uerbis.

Gal.

Gal. & Hipp. 4. de ratione victus in morb. acut. sectione 13 ẽ dicendũ, quod duplex datur tãtum febris ardentis genus, vnum proprium, & exquisitum, quod semper fit a materia biliosa acri, & tenui, aliud improprium, & per proportionem ad hoc sumptum, quod fit a pituita salsa, dico etiam, quòd hæc fuit omnium Grecorũ intentio, vt etiam est uidere apud Aetium licet Arabum opinio ambigua iudicetur, ꝓpter verba ipsius Auer. 4. Collectaneorũ cap. prealegato; At Hipp. atq; Gal. huius rei magis clara res est, & precipue si Gal. videatis viii. de decretis Hipp. & Plat. cap. 6 quo in loco apertè dixit Accutissimas febres & ardentissimas oriri a flaua bile tantum, & in eodem libro cap. 7. Hipp. inquit acutissimos Synochos procreari a sanguine, & a bile in venis maioribus, periculosiores, tamen & acutiores ex ipsa flaua bile semper fiunt, propter fortitudinẽ, igitur, & acuitatẽ ipsius bilis non autem alterius humoris procreabitur, ardens febris quidem media inter continentes & ipsas continuas, quia non est vt continens, quæ, neque manifestas neque obscuras obtinet accensiones, & remissiones, neque vt continua, que manifestas, sed medio mo-

Ardens feb. dicitur media inter continentes & cõtinuas.

do procedit, ita vt quoquo modo depre-hendatur exaccerbari de tertio, in tertium ob bilis putredinem, licet obscurè ob præcelentiam partis affectæ, vnde exiguam dicitur habere requiem hæc febris, at in continua ab eadẽ bile, quia materia redundat in venis a corde remotis maiorem requiem obtinet, & in ea apparent remissiones de tertio in tertium, atque ex acerbationes magis manifestæ, quam in ardente, sicuti quando extra venas hæc bilis putrescit, etiã prædicta exacerbationes quoque, & inclinationes multo magis habebit manifestiores illa febris, maioremq; requiẽ obtinebit precipuè diebus paribus, nam alternis semper diebus sic bilis in ea feruescentis vrgẽt Symptomata, vt rectissimè & hæc febris sicut etiam predictæ, inter acutas ægritudines connumeretur precipue ab Auic. prima quarti tractatu primo cap. quarto. dicente, & tertiana pura, & causon, sunt de acutis valde, & eadem fen libri quarti, tract. secundo. cap. quarto. dicebat tertianam quidem puram esse acutam propter subtilitatem materiæ, & eius caliditatem esse magnam, & mordicatiuã propter fortitudinem choleræ. neq; est vt ambiges Auic. intellexisse tantum de

continua

continua tertiana, quia iam acciperat a Galeno in varijs locis tertianam ſine adiectione ſic nuncupatam, & tertianam cum adiectione puram, dici tantum de tertiana intermittente & precipue quarto aff. com. quinquageſimonono. quo in loco ponens Galenus inditia tertianæ puræ recēſcet inditia tertianæ intermittentis, nō autem cōtinuæ, & octauo de decr. Hipp. & Plat. dicebat tertianam eſſe de genere ardentium, demum dicebat, at quomodo hæc continua minime ſit, vt ardens ſed intermittat cauſam explicabimus. Ex quibus manifeſtè patet ex predictis locis Galenum per tertianam exquiſitā tantum intelligere tertianam intermittentem, ſicuti quando, & ipſam tertianam appellabat ſine vlla adiectione. Hinc igitur fit, vt multi admirari nō deſiſtant, ipſam tertianam intermittentem cōnumerari inter acutos morbos ab Auic. quia dicunt, de ratione morbi acuti ſi cum febre ſit, eſt, vt ſit cum febre continua, ex Gal. quinto aff. comento 30. quo in loco inquit, ſi. n. ſit cum febre morbus, neceſſe eſt ipſum febres continuas habere; talis n. eſt morbus acutus, & primo aff. com 7 dicit febres a morbis acutis eſſe inſeparabiles. Et ex Hipp. primo de ratione vict. in

Tertiana an ſit acutus morbus.

mor. acut. Sect. octaua, vbi fatetur acutorum morborum febres omnino esse continuas. Sed tertiana intermittens non est huiusmodi, ergo non erit morbus acutus, quia licet sit cum febre, ea tamen non est continua. In super acuti morbi ex eorum natura semper periculosi sunt, ac læthales ex Hipp. primo de ratione victus in morbis acut. octauo, & ex Galeno tertio in primũ de mor. vulg. tertio, & secundo de diebus decretorijs duodecimo, sed ipsa tertiana intermittens periculo vacat ex Hipp. quarto aff. 43. & ex Gal. in eius Com. tum etiam in primo artis curatiuæ ad Glauc. asserente eam esse mitissimam, & minimè periculosam, vtpotè quæ neq; ex inflammatione aliqua, neque ex maligna humorum putredine occasionẽ habeat, eò quod intermittat. Qua de re non erit morbus acutus. At pace tantorum virorum dicerẽ aliter verba Gal. esse interpretanda, nam vbi dicit, si n. sit cum febre morbus, necesse est ipsum habere febres continuas dicendum ipsum Gal. per hoc verbum neccesse, seu necessario nõ intelligere, vt faciat enunciationem talẽ, quod impossibile sit aliter se habere, seu perpetuam, sed ꝙ magna ex parte solet ita accidere, & hæc quidẽ expositio

Vera interpretatio uerborum Galeni.

positio

positio confirmatur ex eodem Gal. 6. aff. comm. 58. exponente aphorismũ si omẽtum excidat necessario putrescit, nã inquit Gal. si quis vero dicat se aliquando vidisse omentum, quod paruo tempore extra prodierat, deinde ad suum locum reductũ nõ putruisse, perperam is quidem non esse probabit Hipp. enunciationem, illud tamen non tollet, quod magna ex parte solet accidere, Gal. igitur per illud verbum neccessario, vult intelligendũ esse, quod magna ex parte consueuit accidere, vt sensus verborum sit, si enim sit cũ febre morbus neccesse est ipsum, hoc est magna ex parte febres habere continuas, non propter hoc excludens febrem aliquam intermittentẽ esse morbum acutum, quod sæpius confessus est, præcipuè secundo progno. com. quarto, & secundo de diebus decret. 12. dum inquit. Duplex autem horum quoq; natura est. vel n. accesionum remisiones in exactam integritatem finiunt; vel continua febris semper durat (& subdit) tales. n. acutorum morborum naturæ adherere videntur, quod deinde dixerit a morbis acutis febres esse inseparabiles primo aff. sotimo, dicendum Gal. tantum de peracutis intellexisse, vt de Synochis, & causone,

vel

vel de acutis, qui tantum consequuntur ad mẽbra particularia inflãmata, precipuè nobiliora, sicuti ad hanc mentem primo de ratione vict. in morb. acut. Hipp. quoq; dixit acutorum febres prorsus esse continuas; quia tantum de acutis ex inflammatis partibus loquebatur, vt de phrenitide, læthargho, causo, pleuritide, & peripneumonia, & ad hanc quoq; mentẽ dixit tales prorsus interficere ita vt vnica responsiõe vtrisq; satisfactũ uideatur non solum primo, sed & secundo illorum argumẽto, qui acutos quoq; Gal. & Hipp. autthoritate omnino dicunt interficere, quia tantum intelligit de acutis ex maligna inflãmatione orta, nõ de acutis qui fiunt ex humoribus calidis, qui nullam obsidere propriam sedem, vt est ipsa tertiana, imo propter oppositam rationem, eam mitissimam Gal. 4. aff. 43. appellauit, quia neq; ex inflammatione aliqua occasionẽ habet sicuti predictæ, non est, igitur de ratione cuiuslibet morbi acuti esse cum periculo, vt quidam sunt, imaginati, sed bene acutorũ ex actè & illorũ precipue, qui consequuntur tum ad inflammationes membrorum nobilũ vt dictum est, qui tales sunt acutissini, maximi, & grauissimi, & non modo periculosi

riculosi sunt vt placuit Gal. verum præ ceteris omnibus sunt læthales, ac, interficiunt eodem Hipp. authore loco prealegato. & tertio in primum de morbis vulgaribus, tertio. At quod de his, & non de aliȷs loquatur Hipp. ex serie verborum satis liquet, velut etiam Gal. sic ibi commentatur sed alterius naturæ morbos acutos, qui nō ita grauissimi, & peracuti appellantur, qui quidem in humoribus calidis solis fieri cōsueuerunt, qui nullum obsidere locum, hos inquā fatemur periculo vacare, presertim si intermittant, vt tertiana, propter etiam predictas causas; non igitur de ratione omnium acutorum morborum erit esse cum periculo, & cum febre continua, sed tantū ꝙ velociter terminentur, & magnitudinē obtineant, quæ tantum duæ dicuntur conditiones neccessariæ ad hoc vt ægritudo possit nuncupari acuta ex Gal. secūdo aff. com. 19. & 23. quas conditiones obtinēs tertiana intermittens merito erit connumeranda inter acutos morbos, quòd dicatur magna ægritudo patet, quia eius accidētia sunt sæua, quia fit cū maximo rigore, vomitu bilioso, oris amaritudine, siti, & sudore, metiemur autem morbi magnitudinē ob accidentium malignitatem, & sæuitiam vt placuit

Acuti nō sēper sūt cū periculo & feb. cont.

Due tantum conditiones sunt acutorū morborum.

vt placuit Gal. primo, ac tertio pdictionũ tertio, & quum nõ ob vnam causam, sed ob plures dicitur magnus morbus tertiana, vt puta, quia etiam princeps pars in ea læditur cor videlicet, & ideo quia febris, ei hæc magnitudo aduenit, teste Gal. octauo methodi med. vltimo, quia ex eo, quod febris est magna, & vehemens in tertiana illi quoq; magnitudo adeo notabilis accedit, vt relatione aliarũ multarum febriũ magna, & vehemens dici posit, insuper ita celeris est motus, vt nõ pertranseat 14. diẽ teste Gal. secundo de diff. febrium, cum dicat tertianam 7 periodis ad summum terminari, qui quidem terminus est acutorũ exactè ex secundo aff. 23. èrit ergo tertiana intermittens ex generibus acutorũ morborum cum illi conditiones acuti morbi conueniunt, tum quia ab Auic. inter acutos morbos connumeratur loco preacitato, tũ quia ex ardentiũ genere tertiana intermittens dicitur esse, vt patet ex Gal. 8. de decretis Hipp. & Plat. cap. 6. neq; n. vna ardens febris est, quæ non acuta dici posit, vt in expositione acutorũ morborum patet. Predictarum verò febrium inditia. & simptomata semper sunt bilis exuperantis, nisi quod magis, & minus intenduntur

duntur pro ratione loci affecti, nam in ardēte, cū materia peccet in locis propinquis cordi, ideo statim fit lingua aspera, sicca & valde nigra, vētriculi morsus, deiectionesq;,& liquidæ,& pallide fiunt vrgentq; sitis vehemens,& vigiliæ,atq; interdū,mētis aberratio ex Hipp.4. de ratione victus in morb. acut. sectione 4. Verum ex his nonnulla sunt morbi demōstratiua, seu pathognomonica, vt sitis admodum intensa & ardor vehemens, reliqua verò potius morbi differentiam,& locum precipuè affectum declarant,nam si in pulmone sit,ardentissimam habet æger perpetuo linguā, nigerrimam,asperrimam,& deliria concomitantur,ac anhelitus difficultas,si in iecore deiectiones habebit liquidas,& pallētes, inflamatio verò iecoris, ab illa ventriculi distinguitur, quia non est tussis ficca in illa ventriculi. In tertiana vero continua cum ab eadem bile, quæ cordi, sed non adeo, ac in causo propinquæ putrescente contingit, ferè omnia reperiuntur symptomata cōnumerata, licet remissiora. principium igitur huius febris erit sine horrore, sine tremore, nullus sudor adest, nisi in die crisis, linguæ asperitas cum citrinitate,& nigredine,sitis, & alienatio m

nor

nor, quam in ardente, vrinæ rubeæ intensè valde, subtiles, subruffe cum quadam liuiditate. in hac calor non tam intensus, quã in causo & maiorem habet hæc quietem, quam causus, crisis in hac, & in Synocho non pertransit xiiij diem, & quoniam bilis diebus imparibus mouetur, si crisis fiat diebus imparibus bonum, si paribus malum. In tertiana verò intermittente cum non amplius in venis bilis, sed extra putrescat, ab initio statim, & in singulis accessionibus contingunt rigores vehementes, qua vna ratione a predictis potissionum differre videtur, quia in ardente nisi bilis vehemẽtius agitetur, a natura conualescente cõpelletur rigor id quod hipp. in Apho. his innuere verbis voluit, a febre ardente habito, rigore superueniente fit solutio, licet aliis permultis inditiis a predictis differat vt est videre apud Gal. secundo de crisibus cap. tertio.

Continuarum febrium ex,putredine ortarum curandi methodus. Cap. x.

DEinceps vt studiosi absolutam exercitandi viam habeant, qua methodo putridæ febres curentur,nobis inquirendum est, ab arte initium ordientes minori negotio votum arbitror assequemur. Artẽ medicam duas in partes secari planum est Galeno autore 4. de sanitate tuen. cap. 2. in partem dignoscitiuam,& curatricẽ,quam obrem merito primum omnium, quod dignoscitiuæ munus sit , opere prætium est perspicere.curatiuam porrò semper cõtrariis contraria depellere palam est. Quare cum ad ægrum aciscimur,qui febre laborat putrida imprimis diligenter expendendum est , in quibus factus sit sibi ipsi similis. Et in quibus dissimilis , Iuxta illud Hipp. in libro de hijs , quæ inmedicatrina fiunt tex. 1 . At hoc fieri nequit nisi cognito eius tẽperamento ac iis: quæ naturalia sunt: quæ quidem cõsistunt in tribus in temperatura membrorum principaliũ , in constructione organicarum partium , Et in vnitate ipsarum,sunt etiam alia prætera adunquem inspicienda , vt pote spirituũ,& humorũ mediocritas,ætas,sexus ,

consue-

consuetudines insuper proprietates quædã particulares, de quibus secundo meth. cap. sexto: quinimo symptomata quædã ipsorum sanorum corporũ, de quibus quarto de sanit. tuenda secundo, oportet ergo medicum, qui vel mediocriter in arte versatus est, statim a principio facillimam dignotionem habere, quomodo æger sit factus dissimilis, & in quibus similis remanserit. necessarium enim est, si debet ægrotare, vt factus sit dissimilis, vel intemperatura, vel in constructione partiũ, vel in vnione. liquido igitur patet ægrum dissimilẽ factũ esse, in quibusdam symptomatibus, quæ quidẽ insequuntur febrem, de quibus gal. primo de differ. febrium disertissime loquitur, quare resoluendo hæc symptomata in suas causas facile comperiemus ægrũ esse factum dissimilem in temperatura calida, & sicca, in humoribus, qui deprauati sunt, & putredinis sobolem adiunctam habent, in eo præterea, quòd innati caloris difflatio perhibetur, dissimilem deniq; factum inuenimus in osculis venarum, & cutis. Adinuentis itaq; omnibus dissimilitudinibus generosi medici, & arte Hippocratica digni, munus est, ad communẽ scopum confugere nempe ad contraria, ita

Symptomata sanorũ consideranda sunt.

Febricitantiũ dissimilitudines.

vt diligenter conſeruentur ea, quæ ſimilia ſunt, vt bene docet Gal. nono Meth. 14. Ex propoſitis igitur diſsimilitudinibus, quædam ſunt cauſæ, quædã morbi, quædã ſymptomata, attamen a ſymptomatibus non ſumuntur indicationes curatiuæ, quia ſequuntur morbum tãquam vmbra corpus, & remoto morbo remouẽtur ſymptomota, niſi forte ſubeant rationẽ cauſæ, & tunc ab ipſis ſumũtur indicationes curatiuæ, vt teſtatᷣ Galenus duodecimo meth. med. cap. primo, a cauſis igitur, & a morbis ſumuntur indicationes curatiuæ, a cauſis quidem preſentibus, non autem a remotis; niſi modo eſſet ſine cauſa febris, ſicuti cõtingit quãdo cauſa abiit, & febris adhuc perſtat, quia tunc febri tantum vacandum eſſet. ſed in putridis omnibus cum palam ſit eas eſſe morbos a cauſis dependentibus, ſemper duæ necceſſario orriuntur indicationes, quarum prima erit a cauſa, poſtea febri vacandum erit, ſed febris immediata cauſa eſt putredo ergo hæc prius remouẽda erit, ſi febris ſanari debet, teſte Galeno ſecundo meth. med. cap. quarto, & quinto, cũ cuiuslibetmorbi curatio in eius cauſæ ablatione conſiſtat, ſecundo aff. com. 22. verum, quia hæc conſequitur ad prohibitã

Diſſimilitudo triplex.

indicationes due ĩ put. feb.

transſpirationem, prohibita vero transſpiratio ad obſtructionem ſicuti hæc, modo ad humorem multitudinem, modo ad eorum craſsitiem, vel lentorem, igitur hiis omnibus cauſis, niſi febris vehementer infeſtet, prius ſuccurrendum erit, antequam febri, quia ſemper eſt inchoanda cura ab eo quod habet magis rationem cauſe ſeptimo meth. med. cap. vlt. ideo cũ reſolutiua methodo vltimo fuerit inuenta, multitudo, ergo hęc prius remouenda venit, mox & ſecundo loco deobſtruendum, incidendum, atq; attenuandũ erit, nam multitudine euacuata, inciſis, ac attenuatis craſis & glutinoſis humoribus obſtructio ceſſat, obſtructione ceſſante, facilè humores putrefacti, euacuantur, aut per ſudorem, aut per vrinam, aut per vomitum, aut ſeceſſum, illis vero euacuatis facillimum erit calidam illam febrilem qualitatem derelictã auferre, quæ nullum habet fomitem, & hoc frigida tantum applicantes, & humida aſſequemur, verum huic multitudini iam facte, non prius ſuccurrendum videtur, niſi prius noua & futura inhibeatur, quod fieri poterit per rectam adminiſtrationem ſex rerum nõ naturalium, & precipue victus conuenientis frigidioris, metiendo tamen morbum &

virtutem

virtutem, nam si vltra septimam morbus nō se extēdere videatur, parum cibabitur, & cōtentus erit ptiseana tantū, & aqua ordei, si vlterius progrediatur paulo plenius dietandum erit. Que autem genita est, debet deinde euacuari, quod fiet variis ingeniis, vt balneis, frictionibus, exercitiis, inedia, cientibus vrinam, purgatoriis, & ipsa flebotomia, verum ex his aliqua minus conuenire videntur, vt balnea, & frictiones, quia aduersantur febribus, precipue a principio, vt testatur Galenus decimotertio meth. med. cap. 6. nec nō, & quæ prouocant sudorem, & vrinam, quando quidem a principio impediunt humorum concoctionem, quarto de tuend. valet cap. 4, minus videbitur conuenire inedia, quia non subito, sed longiori tempore euacuat. ergo illico, & primo loco succurendū erit, venæ sectione, vel pharmacia; at purgatoria non conueniunt, quia humores adhuc crudi sunt, ergo magis presentaneum remedium erit ipsa venæ sectio, tum quia cū de vtroq; est intentio, a sanguinis missione curationis initium auspicandum est, Hippocrate autore primo in sextum de morb. vulg. quinto, & precipue quia adest morbi magnitudo, & materia peccans sanguis

est, vel alia, que est cum forma sanguinis vel saltē sanguini admixta ad intra venas, verum seruare oportet, nequid eam prohibeat, presertim virtus, aut ætas, nā hæc planum est ad multa conducibilem esse, scilicet ad euacuationem portionis humoris pecantis, seu putrescentis, ad euacuationem calidi detenti, & demum ad refrigerationē totius corporis habitus. Que autem vena sit secanda docet locus affectus, quia quantum sit de ratione febris, quamlibet secare possemus, quia vnaqueq; vena ab vniuerso corpore euacuat, referēte Galeno in lib. de cur. rat. per vene sect. cap. 14. at qui quoniam in qualibet febre particulari vt plurimum afficitur membrum particulare ex Galeni decreto primo ad glauc. cap. 5. iccirco nunc vna, nunc alia secanda venit, ratione affectus diuersorum membrorum. quantitas sanguinis, que debet euacuari sumitur a virium robore, a morbi magnitudine, & ab affectus causa, quo autem tempore cuspide vena perforanda sit, docet Hipp. secundo aff. 29. nempe in principio morbi, & hora in qua febris magis videbitur remiti, quod si egre, vel nulla percipiatur remissio, tunc electior erit hora matutina, a somno post duas horas, teste

Sectæ uenæ quid sequitur.

pars affecta quid docet.

Sanguinis quant. a quibus sumitur.

Galeno

Galeno in lib. de cur. rat. per ven. ſect. cap.21. poſtea clyſterem exhibebimus ex Hippocrate quarto de rat. vict. in morb. acut. ſect. 75. poſtquam vena fuerit ſecta, tamen ſemper melius eſt ante venæ ſectionem, ſi tempus datur, clyſterem imponi, ſi non datur, poſt venæ ſectionem fieri conuenit. Si nõ ſponte probe deiecerit aluus, vt notat Galenus in com. precitate ſect. quod ſi ſpõte aluus deiecerit ſufficit quod cibi ad infimam ventris partem deſcendãt expectare, vt fecit Galenus nono meth. med. cap.4. rationem autem huius reddebat idẽ autor primo de rat. vict. in morb. acut. ſect. 31. Nunc autem ſupereſt euacuato quoad expedit vniuerſo corpore, ac multitudine remota, ad curandã obſtructionem accedamus teſte Galeno vndecimo meth. med. cap. 9. quo detentus caloris effluxus diffletur, & exeat. quoniam non omnino obſtructio ſectione vene remoueri poteſt eodẽ autore 11. met. med. cap. 14. ſed medicamentis attenuantibus & incidentibus tantum curatur, que in duplici demum ſunt diſcrimine recepta, nam vel calida ſunt, vel frigida, porro frigida, longe magis conuenirent ratione febris, ſed non ſuppetit frigidorum materia,

ænematis occaſio.

Quibus deobſtruendum.

& frigida tenuium partium sunt acida; calida vero tenuium partium, sunt acria, salsa, & amara, iccirco hijs quoq; non debemus vti, vbi magna sit febris, vt nos docet Galenus primo ad Glauconẽ cap. 10. nam metus est, ne ex hijs tum putredo, tũ febris augeatur, itaq; ijs quæ citra calorem obstructiones liberare valeãt vtemur, materiaq; deligatur, quoad licet, quæ minus calefaciat, quemadmodum, ea que referuntur, a Galeno primo ad glauc. in cura tertiane, vbi adnumerat multa, quæ quidem facile meatus aperiunt, & reserunt. Apertis itaq; meatibus, reliquum est, vt preparato corpore, natura concoquat ipsam materiam, quam concoctam si excreuerit, nihil prorsus faciendum est, sin secus, suppetias confestim afferre oportet ad expellendam materiam per loca, per quæ molita fuerit excernere, vt pote per vrinam, sudorem, vel aluum, tunc enim intrepide nature deficienti auxilium prestare debemus, cum prouocantibus vrinam, sudorẽ, secundũ quod præsefert ipsa natura, quod si nullam ostenderit viam, per aluum euacuanda est, vt nos docet Galenus, & Auic. prima quarti tract. 2. cap. 7. per alias enim vias non ita facile crassi, ac lenti humores,

excerni

excerni possunt. si deinde ab euacuatione aliquid malę intemperiei. remanserit, quæ vel sitim, vel vigiliam, vel oris amaritudinem, vel apetitus deiectionem dimittat quæ omnia ex caliditate, & siccitate de relicta proueniunt, illis cũ frigidis, & humidis medendum erit, vt exhibendo zucharum violatum, triasandalos, aquam ordei, conditos lactucarum, diacitonten, vel conseruam florum nenufaris.

METHODVS CVRANDI febres putridas in specie, & primo tertianæ exquisitæ intermittentis cap. xi.

FEbris tertiana exquisita intermittens fit ex bile putrida extra venas, ac omnium intermittentium febrium, breuissima, ac mitissima censetur a Galeno primo art. cur. ad Glau. cap. 8. Quo fit, vt facilis etiã curatu sit, Traliano autore lib. 12. cap. 6. nisi a medicis illis, qui nulla ratione, & via vtuntur, male tractetur, nam tunc insanabilis quoq; redditur, Quare prima indicatio in hac febre, est vt euacuetur bilis, quæ cum nequeat euacuari nisi & vie per quas euacuari debet sint aperte, & humor

euacuandus ſit preparatus, aliam prebet nobis indicationem, nempe de viarũ apertione, & humoris preparatione, vie per quas hic humor purgari, & euacuari ſolet, ſunt ventriculus, inteſtina, meatus vrine, & cutis, ideo primo debemus expurgare inteſtina cliſteri lenitiuo, poſt expurgare ventriculũ cum bolo caſsie, poros dilatare cum frictionibus, meatus vrine aperire, & detergere cum moderate calidis, & humorem preparare cũ ſirupis, vel decoctis leuiter frigidis, ſed quia que aperiunt ſunt contraria hĩjs que humorem preparant, ideo ab exceſſu vtriuſq; cauere debemus, ne dum volumus preparare humorem cũ frigidis conſtipemus vias vrine, & ſic dum volumus aperire cum calidis, humorem acriorem, & febrem maiorem faciamus, ideo ſunt eligendi ſirupi qui vtrunq; mediocriter faciant, vt Recipe ſirupi de ſucco cicorii, de ſucco endiuie & acetoſis ſ. añ. vn. mediã decoct. cicorii, endiuie, & corticum radicis feminiculi, vnc. 4. perſeueretur in ſyrupis donec appareant ſigna perfecte concoctionis in vrina, quibus aparentibus purgetur bilis, per viam quam natura nobis indicauerit, quod ſi nullam indicauerit, per aluum, vel ſudorem, per aluum cũ reu-

Quæ aperiunt contrariãtur concoctioni.

barbaro

barbaro, mãna, serapio rosato solutẽ, Serapio de fumoterra sol. cum serapio de cicoria nicoli cum reub. cũ electuario diapr. sol. electuario ros. mesue, de succo rosarum, de sebesten, vel diaprunis. per sudorem cum inuctione totius ex oleo camomelino, vel exhibendo decoctum prouocans sudorẽ, vltimo loco symptomata derelicta debẽt remoueri id quod fiet frigidis & humidis quia a calore proficiscuntur.

Tertiana notha intermittens, que est febris facta ex bile mixta cum pituita extra venas putrescente, curatur cum hiis, quæ supra in cura tertiane intermittẽtis exquisitę diximus, mistis cum dicendis in cura quotidiane intermittentis.

Quotidiana febris intermittens cum sit ex pituita putrefacta extra venas curatur cum hijs, que purgant pituitam, que cum nequeat euacuari, nisi & vie per quas euacuari debet sint aperte, & humor euacuandus sit preparatus aliã prebet nobis indicationem nempe de viarum apertione, & humoris preparatione, vie per quas hic humor purgari solet, sunt vie comunes, vt intestina, & ventriculus, intestina expurgant̃ Enemate, ventriculus cum casia per alias enim vias hic humor cũ crassus fuerit

non

non assuetus expurgari,neq; enim per angustos meatus expurgatur pituita sicuti bilis, que sua tenuitate non solum per meatus vrine educitur, sed etiam per cutis poros. humor deinde preparabitur cum serapijs & decoctis,que secundum pituitæ speciem variantur, incipiendo tamen a leuioribus,& ad fortiora progrediemur,nā in principio dabimus oximel 5. postea compositum dabimus, & si acetosum 5. deinceps serapium bisantinum exhibebimus,in omni tamē pituitæ specie sumopere laudarem exhibitionem oximelitis, vt monet Galenus primo ad Glauc. cap. xii. vbi inquit cottidianam autem cum volueris curare oximelite vtere,precipue primis diebus, cum aquis, vel decoctis cap.ven. feniculi, petroselini, & apii,aparentibus signis laudabilibus in vrina,purgetur cum agarico,diaphinicone,vel electuario indo, vltimo ventriculus in hac febre solet corroborari cum oleo de absyntio, masticino, & de spica, aut intrinsecus cum aromatico rosat. vel diarrodone abb.

Quotidiana notha, curatur, cum hiis que respiciunt mistionem.

Quartana intermittens fit ex humore melancholico putrefacto extra venas, cu-

ratur

ratur humorem euacuando, qui nequit commode euacuari, nisi prius præparetur. & viæ aperiantur, per quas debet educi, cum igitur sit crassus humor neq; per angustos meatus possit deferri, igitur viæ tantummodo intestinorum, & ventriculi sunt aperiende per lenientia pharmaca, & mox humor erit preparandus cum calidis, leuiter subtilibus, & humidis, quale erit decoctum passularum fumiterre, boraginis, & lupullorum, & modico cinamomi, cum serapio de pomis, de succo boraginis, de bugulosa, & de fumoterre, ab hac deinde prima concoctione, vacuanda est materia, cum cassia, diasiene, diacatholicone, agarici, & rhabarbari infusione, facta cum decoctione florum & fructuũ cum additione senæ, & vbi melancholia æstimetur adusta cum electuario rosato mesue. Præterea splenis habenda est non mediocris ratio, quoniã solet in hac febre intumescere, & propterea perungẽdus. est locus ipsius oleo amigdolarũ dulcium, de capparibus, medula uituli; butiro, & armoniacho dissoluto in aceto, roborandum est corpus insuper cum theriaca, precipue concocta materia, quo etiam tempore balneum aquæ dulcis tepidæ maxime ex-

pedire

pedire comperitur.

In omnibus febribus victus, & vitæ ratio idem habet iudicium in qualit. sicuti medicina.

Insuper, nõ conuenit hic particulatim omnium febrium curationem recensere, nam si quis simpliciũ febrium curationem exactè sciuerit, absque vllo labore, & compositas curare non ignorabit, & proinde sicut de biliosis, ac pituitosis simul commistis febribus conscripsimus, licebit ad atræ bilis humorem transferendo eius cũ vtraque illarum complexionem, seu implexũ, ac confusionem pariter coniectare: & ob id particulatim omnium febrium curationem, haudquaquam scribere arbitratus sum. Sed simplicium dumtaxat, tamquã sum exemplo quoddam, reliquarum omnium, curationis vniuersalem modum instituimus. sub qua methodo, & ratione compositarum febrium curationem facile quiuis accedere poterit.

DE FEBRE PESTILENTIALI, ac de pethecchiis morbilis, variolis, & apostematibus pestilentialibus, et eorundem omniũ curatione. cap. xi.

CVm actenus acutarum febrium, generationem attulerimus, ad quas reuocantur pestilentes, ideò harum ortus, & causas hic abundè explicabimus. nam febris hæc mali moris est, & maximè exitialis autore Galeno primo, in primum de morbis vulg. Com. primo. Licet non omnis acuta dicatur, & precipuè illa, quæ non terminatur termino acutorum morborũ, & licet termino acutorum morborum terminetur, quandoq; fit expers sæuorum symptomatum, & eius accidentia sunt remissa. & in ea pulsus non multũ variatur a pulsu sano, similiter & vrina, non enim inconuenit quod inficiantur corpora ex venenositate superiorum absq; manifesta mutatione in qualitatibus suis primis, & ideò reperiuntur corpora pestilentiata in quibus nulla adest mutatio, seu alteratio, ex parte pulsus, vel vrinæ, & tamen pernitiosis-

nitiosissima erit illa febris, licet non acuta Egrit. simpliciter possit nuncupari. maxima tamen ex parte lætalis, vndè doctè quidem Galenus secundo aphor. com. 13. dixit istius ægritudinis crisim maxima ex parte mortem minari. huius quoq; vitii tres statuuntur ordines, endemii, Epidemii, & pestilentes, vniuersum tamen hoc morbi genus ex statu cœli proficiscitur; Gal. Primo de morb. vulg. at de pestilētia solum hic nobis agendum. quæ nihil est aliud, nisi epidemia perniciosa, cuius causas videtur Galenus primo de diff. febriū, cap. vi. in aërem reicere, & corporum variam dispositionem. qua quidem ratione efficitur, vt febris pestilens cōmunis ægritudo dicatur, vt testatur Hipp. in libro de flatibus, & dicitur etiā contagiosa ab Auicenna secunda primi, cap. 8. dicente, quod ex ægritudinibus aliè sunt, quæ de vno ad alium transeunt, vt lepra, scabeis, variola, febris pestilentialis, apostemata putrida, & ex putrida æbulitione vniuscunque humoris circa cor accensi, vt plurimum cōtingit, teste Auicena in cura febris pest. & Galeno primo de diff. feb. cap. quarto, nam hæc ab aliis febribus putridis differt, quum in humoribus principaliter cordis

accen-

accendatur, aliæ vero in aliis partibus, citra enim corporis cordis apprehensionē febrem pestilentialem gigni est impossibile, qua de causa febres pestilentes non paucę ab initio hecticę sunt, quia vtriusq; cōmunis sedes, cordis corpus est, vt meminit Galenus libro tertio de precognit. expul. cap. quarto. & hæc forte, precipue est causa, ob quā febris pestilens a putrida differt quia putride subiectū humores sūt, pestilētis vero cordis corpus: cuius rei Gal. libris de diff. febr. nullā penitus mentionē fecit, ideo cum dicitur febris pestiferæ ideam esse, vt putredo sit in corde, siue in humoribus cordis, siue In substantia cordis, seiungitur a putridis nō pestilentibus, quia in illis non est putredo in humoribus cordis, pro vt hallucinantur nonnulli ex recentioribus medicis, credentes in putridis non pestilentialibus putredinem esse in humoribus cordis; quibus tamen credendum non est, cum a veritate admodum sint alieni, bene plurimi vapores permixti cum humoribus cordi sunt. Ex quibus colligitur quòd febris pestilentialis est ægritudo in intemperiè quandoque acutissima contagiosa, & vniuersalis cum qualitate pessima venenosa cōturbans intus, & vt plurimum

mum

mũ perdẽs. quoniã de re eſt longè acutior aliis morbis, ac deterior longinquiorq; à ſalute, ita vt aliquando tanti ſit acuminis, ac malitiæ, vt ſex aut duodecim horarũ ſpatio patiẽtes è vita rapiãtur, ſine vlla alteratione præcedente, quo fit, vt ſæpe in publicis viis, cum ad cõſueta munia proficiſcuntur, moriantur, ſerpitq́, hic morbus citiſsimè, ac ſubito populatur, rectè igitur cõtagium dicitur, quia cum vnum aprehendit celeriter ad plures traſmigrat. & ideo dicebat Galenus in libro de theriaca ad piſonem quod febris peſtilens nihil eſt quam venenum inſpiratum, plures ſunt deinde termini, quibus vtuntur medici in hac maligna egritudine, qui ferre dicuntur nomina ſynonoma, vt peſtilentia, epidimia, vndimia, & febris peſtilentialis, peſtis tamen, & peſtilentia idem videtur importare, vnde Gentilis peſtilentiam a peſte non diſtinxit, & ex recentioribus Muntanus in com. libri primi ad Glauc. capite de febribus peſtilentibus inquit, ego non facio differentiam inter peſtem, & peſtilentiam, hoc tamen nomen peſtis eſt diſpoſitio venenoſa in aere contingens ad quam ſequitur morbus peſtilentia dictus, vnde peſtilentia eſt actus, ſiue peſtis effectus, vt etiam expenit

ſauonarola

Sauonarola cap. de febr. pest. Rub. prima. & pestis de quocũq; dicitur morbo, sicuti, & ipsa epidimia, quæ non est vna species morbi, sed dicitur de omni morbo grassante, vt Galenus tertio. in tertiũ de morb. vulg. com. 21. quia quandoquè grassatur dysenteria, quãdoquè pleuritis, quandoquè phrenitis, quandoquè carbo. & antrax, ita etiam pestis dicitur de ijsdem morbis, cum omnino periculosi sint, & pernitiosi, nam pestis ab epidimia non differt nisi secundum, quod differt morbus periculosus, a non periculoso, & sicut epidimia dicit̃ de omni morbo grassante, ita etiam pestis, cum nihil aliud sit pestis, quam pessima epidimia autore Galeno primo. in primum. de morb. vulg. primo. quam deinde ob causam factum est, vt nullum, aut peculiarẽ de peste Hippocrates confecerit librum, quoniam ex epidemijs vnum esse illam per libros epidemiorum demonstrauit. ita vt nemo hæsitare debeat, & comunem esse morbum pestem ipsam, et ex genere eorum, qui ex aere ob cœli statum immutato proficiscũtur, ac sub his cõtineri, qui epidemici græcè, vulgares latinè, seu populares appellãtur, ab his quam maximè quoque discre

pestis est pessima epidimia

pantes, qui endimici, seu publici, vernacu li, seu regionales dicuntur: quia licet endi mij ex cœli statu etiam esse videãtur, sunt potius ex ipsa regione, vnde epidemici ex cœli statu fiunt, endemi ex regione, cœli tamen statu consentiente. vndimia insuper semper sequitur ab infiriori radi ce, & est ægritudo vnius generis perpe tuo obtinens locum quempiam. epidimia vero à superiori, & est ægritudo diuersi generis, quæ perpetuo locum, seu regio nem aliquam non ocupat, nec etiam, quã occupat regionem, eam omni tempore te net, sed quibusdam annis, seu anni tempo ribus, ac certis aeris constitutionibus. Sed sub quo genere febrium, hæc pestilens fe bris, sit reponenda, non paruæ est dubita tionis, si modo intelligas de ea, quæ primi ordinis est, quæ habet omnem naturam pestis, & species epidimiæ sit, non autem de ea febre pestilentiali, quæ neque publi cè grassatur, neque species epidimiæ sit, multi siquidem sunt, qui inter ephimeras eam reponendam censent, alij inter hecti cas, alij vero inter putridas, priores his fer mè mouentur rationibus, propter a quod illius pestilentis febris generatio similis sit productioni ephimeræ, cũ ambæ a cau

undimiæ & epidimiæ discrimen

Ex quo feb. genere pest. febris.

ſa procatartica, vt plurimum procedant, vtpote ab aere, ita vt ſimilis ſit ambarum ortus, & generatio, quod deſumunt à Galeno primo de diff. feb. cap. 4. vbi inquit & inſpiratio in peſte potisſima cauſa eſt. huc accedit quod ambarum febrium externa fantaſia quodãmodo ſit vna, quod etiam Galeni autoritatate in lib. quinto ſimpl. med. facult. cap. quinto, & Auic. prima quart. tract. quart. cap. i. comprobare videtur, quibus in locis ipſi inquiũt, in febre peſt. quandoquè contigere, vt nec calor, nec pulſus, nec vrina, à naturalibus, quales erant per ſanitatẽ mutate ſint, aut parum admodum, quæ quidem prædicta omnia ſunt ephimeræ indicia, imo ex his ephimera febris à putridis diſtatare, cognoſcitur; Raſim quoq; lib. x. ad alm. cap. vi. aducunt pro teſte, qui peſtilentem febrem, ab ephimera parum diſtare credit, nequè igitur mirum vobis videbitur arabes, atque per multos ex latinis febres peſtilentes in putridas, & diarias tãtum ſecaſſe, quo etiam fit, vt qui inter hecticas eas reponendas volunt nequæ arabum, neque latinorum mentẽ recte conceperint, benè id ex locis quibuſdam Galeni, atque Hippocratis apertè colligere

 poſſunt

possunt precipue, tertio de presegat. ex pul. cap. 4. vbi inquit Gal. pestilentes nõ pauce ab initio hecticæ sunt, distantquè ab omnibus alijs febribus, quæ ex magna putredine oriuntur. & decimo meth. med. cap. vlt. dicit, verum de colliquantibus febribus discernere in postremum licebit, atque de his hecticis febribus, quæ in pestilentijs contingunt. tabifice etiam pestis meminit Hipp. primo. de morb. vulg, ita vt nemini sit dubium pestilentẽ febrem, non solum in humoribus accẽdi posse, verum etiam in solidis partibus ipsius cordis, ex Gal. & Hippocratis mente, id quod clarius ipsa luce res ipsa declarat, quandoquidem nos frequenter videmus in febre aliqua pestilẽti corpus adeo exsiccari, vt ossa tantum relinquantur, & citius tabescit corpus patiens pest. febrem, quam ex hectica simplici, adeo vt propterea nullus ab hac febre euadat; quẽadmodum testatur Galenus tertio de presagat. ex pul. cum inquit. (quam enim excogitas medicinam ad putredinẽ, quæ cor occupauit) quòd modo ex humorũ putredine febris quoquè procreætur, illud apud omnes in Confesso est, in hoc què conueniunt greci, arabes, atque lati-

ni,

ni, nam primo de differen. febrium Gale nus inquit quibus calor hic putridus ad humores, quos cõtinent cordis finus vni uersus deflexerit, non autem ad corpus ipsius visceris, multi horum fuerunt super stites. & Auic. prima quarti tract. quarto, cap. quarto. in cura feb. pest. dicit si autem materia fuerit sanguinea flebotoma, si fuerint humores alij euacuentur, ex quibus verbis planè intelligitur, ex humoribus omnibus istam febrem fieri; verum licet pro diuersa cordis materia, in qua præter naturam calor accenditur ab inspirato pestilenti aere, diuersimode sit denominanda, ita vt interim diaria, interim hectica, febris pestilens appelletur, quandoquè vero ex numero sit earum quæ ex humorum putredine excitantur, impropriè tamen, & non verè, cum neq; diaria, nequè hectica, nequè ex humorũ putredine orta vere dici possit. Diuersũ namquè genus est pestilentium febrium à iam dictis tribus generibus, cum in nullo eorum contineantur, nam si earum febrium subiecta, causas, symptomataque rectè inspexeris, semper tamen in aliquo ab eisdem discrepabunt pestilẽtes febres, propterea Hippocrates in libro de flati-

feb. pest. diuersa ab alijs feb.

bus alterum genus febrium esse dicebat cõmune omnibus, quod pestis appellant cuius causam videtur Galenus primo de diff febr. cap. 6. in aerem tantum reicere, consentiente vero corporis dispositione, sed pestilentialis febris occasio diuerse ma gis uidetur, quia pestilentialis febris quodam potius nominatiuum a peste est, non quod habeat naturam pestis, & sit necesse vt sit vera epidimia, & publice grassetur, sed dicitur febris pestilentialis, quia habet malignitatem, que conuenit pesti, & sicut pestis interficit, ita etiam pestilens febris malos habet mores, & subito, nisi occuratur interficit, quia multum in natura comunicat cum vera peste, & huius effectus due principales assignantur causæ, quarum altera externa, seu procatartica & præincipiens, primitiua dicitur, quæ internas moueat, & alterãt, & hæc duplex reperitur, extranea, vt venenum, & medicamentum, & aer tota sua substantia putris, vel cœlestis influxus vel non extranea, quæ à sex rebus non naturalibus desumitur, vt à cibo, & potu, superfluo labore, vel aere sua qualitate molestante, & reliquis, de quibus, abunde, fit mentio apud paulum libro secundo. cap. 34. se-

pestis ac febris pestilẽtialis differẽtia

cunda

cunda deinceps causa, interna dicitur, que duplex quoque reperitur, cõtinens, quæ vt ait Galenus quod affectionis essentiam contineat, vt excellẽs putredo, siue venenum, nam sicut in alijs febribus putridis eius immediata causa dicitur esse putredo, ita in hijs quoque continens causa dicetur esse putredo, sed non quelibet, sed illa que tantum fuerit maxima, ac excellens, que potius corruptio per putredinẽ, quam putredo simpliciter appellan da est, cum neque recte concoqui, neque euinci possit, quod in hac febre putrescit, reliqua antecedens nuncupatur, que intra corpus alterans, antecedit externam, vel vbi con tinentem moueat, hec erit ipsius continen tis precedens causa, vt totius corporis ma la intemperantia calida, & humida, vel repletio vasorũ totius & humoribus cal. & hum. vel fit etiam aliquando ob eos, qui sunt in corpore humores ad putrescẽ dum paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiẽ te acceperit animal vt Galenus primo de diff. feb. cap. 4. erit igitur ipsius febris pestilentis triplex cause genus, sicuti & cuiuslibet affectionis alterius, vt est Galeni verbum primo de causis pulsuũ, cap. i.

pestis vero, vnum tantum erit causę genus, quod a causa externa ortum trahit, & præcipue ab aere corupto, nam sicut aer calidior, per inspirationem potissimũ calefacit cor, & accendit febres, sic contaminatus putrida exhalatione, cuius multę à Galeno primo de diff. feb. cap. 6. assignantur causæ, non febres simpliciter, sed malignam epidemiam, suscitat, nec vero sic infectus tantummodo aer, sed & a sua naturali constitutione ad caliditatem, & humiditatem immutatus inuehit pestem vt tertio aph. 21. colligitur, & tertio de morb. vulg. de illa pestilẽtia, quæ causata fuit propter aeris caliditatem, & humiditatem. quod autem immutetur aer, & secundum qualitates manifestas, & secundum totam substantiam ex Galeno clare perspicitur in lib. art. med. cap. 85. licet Aristoteles dicat in problematibus aerem non putrere, quod intelligi debet de aere superne regionis: hic enim non potest putrere propter vicinitatem ignis, vel quod putrefactione proprie dicta aer, nõ potest putrescere, sicuti nec aqua: Aer tamen & aqua dicuntur putrescere, quod vapores aliqui putridi eleuati à locis putridis miscẽtur aeri, & aquæ, & ita aer, & aqua,
dicuntur

dicuntur putreſcere, non tamen proprie, nam ſi in peſtifera conſtitutione aer proprie, & ſecundum ſubſtantiam putreſceret, omnia animalia nedum omnes homines tunc neceſſario morerentur, at hoc nũquam accidiſſe compertum eſt. Aer igitur inſpiratus erit maximà occaſio predictę ægritudinis, ſiue is tota ſua ſubſtantia putris reddatur, vt dictum eſt ſiue a naturali conſtitutione ad cal. & hu m. ſaltem immutetur; nam per exceſſum aliarũ qualitatum in aere bene fient alia morborum genera, & epidemici morbi, vt pleuritides multe aliquando, vel angine nec mirum eſt, quia ſtante vniuerſali cauſa, vniuerſales fiunt effectus, ſed non peſſima epidimia, & febris peſtilẽtialis. ex externis, quoque cauſis connumeratur venenum, non tamen quodlibet, ſed ſaltim illud quod putredo agit, vt docet Galenus tertio Sympl. med. facult. & alimentum corruptum, vel quia habeat magnam humiditatem, ſicut ſi triticum fuerit corruptum, vt recitat Galenus in lib. de cibis boni, vel mali ſucci, in aſia contingiſſe, vbi fuit magna peſtis propter annonam, nam rerum caritate res putreſcibiles & mali chymi aſſumpte per nutrimentũ præſertim

carnes

carnes putride febrem pestiferam sæpe generant. quod vero in his quoque causis, influxus celestis sit cõnumerandus clarissime patet, ex Auic. prima quart. tract. quarto cap. i. vbi principium omnium horum sunt formæ ex formis cœli facientes esse necessarium illud cuius aduentus ignoratur. quinimo Galenus quoque primo in primum de morb. vulg. com. primo. inquit At pestes appellant omnes homines, sciũt q́ue exitiales morbos esse: & vero etiã ad deos sæpe referunt, de curatione earũ consulẽtes. an pestis igitur diuinitus hominibus aliqñ immitatur, nũquã cuiquã dubitandũ putaui. quia legitur secũdo regũ in sacris literis cap. vult. Misit Dominus pestilentiam in israel, & mortui sũt ex populo septuaginta millia virorũ, quod fuit tẽpore triũ dierũ, hoc tamen rarò fit. quin simul coniungantur causę inferiores, licet a solo influxu celesti, non cõcurrente inferiori causa, nempe nec putredine aeris, nec aquę fieri possit, nã sepius visum est, aerem purissimum esse, & tamen viget pestilẽs febris. Sed de hac causa non hic nobis sermo instituitur, cum medici simus, sed potius eas recensere causas, quæ supersunt, & precipue internas,

Cælestis influxus an sit in cãis conumerãdus

que

que in duplici sunt discrimine reperte, antecedẽtes & cõtinentes, & sunt causæ intrinsecus agentes, suntq; partes nostri corporis infecte tali qualitate pestifera. s. humores, spiritus, & mẽbra, ab omnibus tñ humoribus indifferẽter prouenire potest hæc ægritudo, quia in corpore sẽper aliqs humor magis ẽ paratus ad putredinẽ, vnde febris pestilẽs incipit abeo humore, vbi incipit putredo: & tot pestilentes febres fieri possũt, quot sunt in corpore humores, saltẽ circa initia, nam vt plurimũ, a primis diebus signa alicuius determinati humorismanifestantur, & nõ solum per exacerbationis modos, sed etiam per egestiones, ideo in febre pestilente, quas petechias apellamus certissima ĩdicia determinati humoris habẽtur, licet multi sint, qui potius in febre pestifera sanguinem pecare affirmant, quia hæc affectio fit in corde, & sanguis magis abundat in corde, quam alij humores: tũ quia vident, quod in peste vt plurimum viget synocha putrida, vt etiam testatur Auer. quarto sui colliget, potest tamen esse causos, a principio morbi si sit multa bilis in corde, & bilis symptomata consequentur, verũ deueniente ægritudine ad statum, symptomata

a quibus humorib. fiat pest. feb.

mata erunt confuſa, neque amplius biliſ erunt circuitus, & indicia, quia iam tota maſſa ſanguinęa putreſcit, & aliter imagi nari non poſſumus, quia cordis humores, aut eius ſubſtãtia putreſcit, quibus putre factis, omnes corporis humores in conſenſum trahunt, & ita omnes putreſcunt, imo, vt inter recentiores medicos habet Muntanus in nulla alia febre putrida putreſcit ſanguis in venis, niſi in hac ſola peſtilẽti febre, & inquit, bene videmus apud Galenum ſanguinem putreſcere, & fieri febres, ſed in ſecundo de criſibus, & in pri mo de diff. feb. ſemper dicit, quod ſanguis putreſcit, vbi eſt ſanguinis inflamatio, & putreſcente ſanguine exiſtente in loco inflamato fit febris, ſed quod in venis putreſcat ſanguis, minime niſi in ſola peſtilente, redarguit, que modernos, qui in ſynocho putrido ſanguinem in venis putreſcere affirmant, & hæc ſufficiant in ſermone cauſarũ, nunc indicia peſſimæ epidimiæ ſunt recẽſenda, quæ in duplici ſunt differentia, vel enim a cauſa externa, vel a cauſa interna deſumuntur, ab externa, præcipue ab aere, vel ſecundum ſuam ſubſtãtiam immutato, vel ſecũdum qualitatem. dignoſcitur aer in ſubſtantia cor

Sãguis in uenis putreſcu tãtum in feb. peſt.

Ĩdicia peſtis, deſcribũtur

ruptus,

ruptus, quando eſt turbulentus, vt vix radÿ ſolares penetrare poſſint, vix etiam homines oculos eleuare, ſeu erigere poſſunt, grauitatem percipiunt, triſtantur, & mæroris rationem neſciunt, quorum omniũ cauſa eſt aeris coruptela, & Craſſitudo, vt teſtatur Hippoc. & Galenus in tertio Epid. in taliquè aeris conſtitutione, non ſolum homines moriuntur, ſed etiam vegetabilia, plantę, herbæ, arbores, & animalia bruta, dignoſcitur aer imutatatus ſecundum qualitatẽ, quando in aere adeſt immenſa caliditas, nam Galenus primo de temperam. cap quarto. omnium aeris temperamentũ peſſimum eſſe dicit, quod humidum & calidum eſt, & quotidie auſter ſic ſpirans percipitur, quæ modo a cauſa interna indicia deſumuntur, potiſſimum ab actionibus læſis, ab affectibus corporis, & ap ipſis excretis ea ſolent deſumi, quod attinet ad actiones læſas, quoniam hæc pernicies potiſſimum inſidiatur cordi, vt & cætera venena, igitur omnes aliarum partium operationes ſimul labefactate erunt, & animales, & vitales, & naturales, & mixtę, quia omnes à corde emanat, & deuenient aliquando ad vltimum: ita quod primum ſignorum caput,

put, erit ab operationibus læsis ipsius cordis, pulsus igitur si in humoribus cordis putredo existat fit freque͂s, celer, & debilis non adeo tamen debilitatus, ac si putredo esset in substãtia cordis, & systoles maior diastole existit, fit syncopis, animi defectio, anxietas, & dysthymia, nõ tame͂ sic prima die, animales deinde actiones non solùm interne, sed & externe obleduntur nam interim in phrenesim, vel cataphorã incidunt, & aliquando rerum omnium obliuiscuntur, dolor capitis, & corporis lascitudo contingit, atq; oris amaritudo, & sitis inexhausta vt plurimum cõsequitur, inter mixtasquè actiones offenditur quam maxime hanelitus, respiratio enim illis consequitur maior, & frequentior, & spiritus fit graueolens, ossitatio, strangulatio, tusis & nausea frequens accidit, illisq; vt plurimum destruitur apetitus. cæterũ. non minus a naturalibus actionibus quã a predictis sumuntur indicia, vt ab vrinis secundum naturam, vt plurimum immutatis, semper enim fætide, ac conturbate redduntur, ac subiugales sunt, ac sine vero sedimento, vnde medici statim aufugiunt, tamen clarum est hãc vrinam turbidam minus malam esse in febre pestilenti,

lenti, quam si fuerit clara, turbida dicit pu
tredinẽ in humoribus cordis, mala quip-
pe non tamen adeo, vt quæ significat pu
tredinem cordis, & secundum tamen di-
uersitatem extranei caloris in hæpate, ac
dominium humorum, rubens, liuida, ni-
gra, tenuis crassa vrina mingitur. quam
sæpe calor naturalis minime regit, natu-
ram.n.potuis alterius febris, quã putridæ
videbiť obtinere pestilẽtia illa, in qua vri
næ reddũtur similes sanis. prætera feces
sũt, lenes, spumosæ, fætidæ natãtes, diuer
se in colore, quæ feces sæpe sponte exeũt,
vel sua qualitate stimulante, vel virtute iã
imminuta nõ retinẽte. neq; à tali euacua
tione alleuanť, immo cũ huiusmodi fluxu
sæpe tẽdunt ad mortẽ, sæpeq; in tali seces
su vermes nõ pauci apparent, & est corru
ptionis maximũ indiciũ p̃cipuè si mortui
excernãtur, vomitus, ẽt frequenter malus
apparet, biliosus, viridis, & sepe niger, cũ
odore grauissimo, sudores etiam, & ad sũ
mum omnes superfluitates scilicet ege-
stiones vrinæ, sputamina, muccositates
sunt fætentes, cum nõ regulantur, a natu
rali calore, concomitantur insuper putri-
das pestilentes exantemata diuersa in cu-
te, culicumque morsibus quã maxime si- *Exantemata concõitantia pest. put.*
milia

milia & recte ab aliquibus morbus puli caris dictus, nam lenticulares absque tumore macule sunt, quæ in pestiferis, ac malignis febribus repente nonnunquam per vniuersum corpus disperse apparere solent, quas recte nonnulli pestichias vocãt, nomen, non temere a peste deducentes. hinc in maximum errorem eos deuenisse constat, qui in hac maligna febre morsus illos pulicares morbillos appellant, cum morbilli sint quas blacias Rasis decimo octauo contin. cap. 8. vocat, & morbilli quoque sunt in cute eminentes ex toto genere suo salutiferi omnibusque homini bus adueniunt, sicuti & variolæ, vt dicebat Auerois, singulisque annis spectatur a rubeo rarissimus est, rarissime nisi eidẽ homini aduenit, mitia habet symptomata, rarius etiam, nisi in pueris, ac aliquibus adolescentibus videtur, non bubonibus pestilentiæ sociatur, pulicaris sine eleuatione vt dixi est, solaque macula cuti existit, genere suo mortiferus, nec dimidio humani generis áueniens: solis statis tẽporibus non singulis annis sæuit, modo ceruleus, modo viridis, frequens etiam niger, eundem hominem, bis, terq; quaterq; inuadit symptomatibus sæuissimis,

Pulicaris morb. nõ dicitur morbillus

omni

omni ætati etiam vſque ad extremum ſenium infeſtus. bubonibus, ac peſtilentiæ, ita familiaris, vt raro ab ipſis abſcedat. poſt aures, aut ſub alis, aut circa inguina in hac quoque febre potiſſimum fiunt bubones, & apoſtemata emunctoriorũ mala ſæpiſſime apparent, vt phlegmones pernitioſi, & carbones adurentes. qui non ſimiles fiunt in ea febre peſtilẽtiali, quæ potius a cauſa tantum interna & vt plurimum ſine aeris putridi interuentu fieri conſueuit, nam mitiora in hac, ſymptomata prædictis contingunt. licet, non omnia quoque reperiãtur, eſt inſuper vltimum genus indicij, quod ſolet deſumi ab effectibus corporis ſiue febris eſſentia in hac putrida peſtilenti, quod precipue calore febris a rubedine faciei, oculorum & lingue ſumitur, nec non a tactu, & corporis tumore. percipiũt præterea in hac ſe febre laborare, neque æqualiter perpetuo, ſed næqualiter febricitant. Si vero ſolide cordis partes fuerint accenſæ, febris admodum exigua erit, adeoque exiguus præter naturã calor, ac perpetuo æqualis aderit, vt quidam ſe febricitare negent, cum ſe febri-

peſtilẽtis hecticæ indicia

citare non percipiunt, quoniam non amplius fit alteratio aliqua, ideo non percipitur nocumentũ, pulſus quoque & vrina a naturalibus non multum diſtant Galeno autore tertio de preſegat. ex pul. cap.4. quam ſententiam ſequtus Auic. ſen prima quarti inquit, & quandoque in feb. peſt. non percipit æger, neque tangens propinquus multitudinem caloris, & non alteratur pulſus, & a qua magna alteratione. & cum hoc ipſa eſt interficiens velociter, & hæſitant medici in eſſe eius, pulſus quodãmodo tamen celeres ſunt; eo quod celeritas febricitantium pulſibus perpetua eſt. ſuntque omnino imbecilles, in reliquis non multum a naturalibus diſimiles ſunt, cum ipſum Cordis corpus fuerit occupatum: quando enim febris peſtilens cordis corpus primum afficit, & eum quaſi manu tenet, tunc febris hectica eſt, in qua pulſus & vrina non multum a naturalibus diſtant, precipue ab eius initio, imo febrilis quoq; calor non ſentitur, tum etiã quia hæc hæctica peſtilens eſt multum conſimilis ſimplicibus alijs hecticis, & ſicut ſimplex hæctica interficit, ita hæc quoque mortifera, & læthalis eſt, diffe-

runt

runt tamen quod ſimplex ſit paulatim hæc derepẽte, licet prædictis ſymptomatibus cõueniant, ob putredinem cordis corpus occupantem, neque forſitam alia cauſa aſignari poteſt, cur in peſsima aliqua Epidimia pulſus, & vrina non multum, immutentur, nam vbicunq; in ſubſtantia cordis eſt putredo, ſtatim deficit virtus, calor innatus, & ſpiritus omnes, quare pulſus non naturalem motum excedunt, quoniam virtus cum ſit debilis, non poteſt arteriam aliquam ad magnitudinem debitam extendere, tamen extenſionẽ facit, quia neceſsitas adeſt, ideo naturalis videtur pulſus. vrina quoque ſm̃ naturam apparet, quia natura debilis excremẽta per vrinã expellere non põt, & ſic ſubtilis permanet, quia nihil de excremẽtis in ea permiſcetur: impotens aũt ideo eſt, quoniã putredo confirmata eſt in ſubſtantia: ſi igitur in peſsima aliqua Epidimia ab initio apparuerint vrine bonæ, & pulſus bonus, indicium erit certum quod putredo, non eſt in humoribus, vel alteram Galeni cauſam ex lib. tertio de preſeg. ex pul. ſubiungas, qui animaduertens pulſus, & vrinam non multũ a naturalibus diſidentes, ad quan

urina cur ſit laudabilis

dam temperamentorum repugnantiam in corde confugit, & inquit nonnunquam percipitur in corde huiuscemodi pugnantia temperamentorum, nam modo frigidius visceris corpus æquo est, & in ventriculis contenta substantia calidior, modo e diuerso substantia frigidior, cor autem calidius, vbi etiam pulsus fiunt moderatis similes. vel id fieri verisimile est hac potius ratione, quod qualitas illa venenata quæ inest pesti citius plerunque inficit cor, & iugulat hominem, quàm humores deducantur ad putredinem, sic in pestilenti conditione visi sunt permulti prius occobuisse quam decumberent. non numquam antea putrescunt humores quam vis illa deleteria facultates, in quibus vita cõsistit, omnino prosternat. illic quidem vrina laudabilis visitur, hîc verò præ se fert magna exparte omnia indicia putredinis, turbida est crassa, fetida, & nigra vt superius diximus, quanquam tamen tenuis aliquando & aquosa sit, vt docet AEtius, sermone primo, clarũ igitur est quod vbi vrinæ bonæ reddũtur quod illud est, quia putredo non est in humoribus, & sic vel in cordis corpore repi-

tus

tus vel in ſpiritibus licet raro, vel 2. galeni ratio asſignanda eſt, eicienda tamen erit illa opinio, quæ dicat illud eſſe, quia in febre peſtilentiali natura non audet agredi materiam tã pernitioſam neque propter aliud, vt Galeno viſum eſt tertio de priſeg ex pul. cap. 4. febris exiguaeſt, calorque exiguus in eodemque ſtatu perpetuo manens & non alteratur pulſus, & vrina magna alteratione, niſi ob id, quod febris peſtilẽs ipſum cordis corpus occupauerit planeque confirmata fuerit, & vt ita dicam hæctica, & in habitu ſi vero peſtilens fuerit ephimera, & ſi rarò eueniat tunc facillime a putridis põt diſtingui, dificulter vero ab hæcticis incipientibus, quia in hijs quoque calor mitis apparet, nõ tamẽ adeo exiguus & æqualis velut in hectica, nec ita acris, vt in putrida, pulſus nõ adeo imbecillis velut in hecticis, celeriores tamen, frequẽtiores: minus tamen celeres & frequentes ipſa putrida peſt. Sepius tamẽ predicti in hac feb. in animi delinquium, ac ſyncopim incidunt in hac quoq; feb. veluti in hectica, nec puſtula, nec exãntemata, minusque deliria, vomitus, ſudores, aut alui profluia contingunt.

opinio quorũdã improbatur

peſtilẽtis ephimeræ ĩdicia

Febris pestifere humoralis curatio cap. xiij.

IN pessima Igitur epidimia, quæ à præcelenti humorum cordis putredi ne ex putrido aere orta originem ducit, duæ necessariò oriuntur indicationes cu randi, quarum vna erit, à remotione putredinis iam genitæ, altera verò à prohi bitione eius, quæ, quotidie ab aere procreatur, huic tamen quàmprimùm prospiciendum erit, ne & recens putredo, & febris amplius in corporibus efficiatur, quod fiet corrigendo aerem, et illum temperatum efficere, ideo odoratus esse debet, & præparatus cum suffumigio, quia odores ita se habent ad spiritus, & ad cor, sicut sapores ad alimẽtum, quod debet esse gustui gratum, nã sicut odor malus, & fætor aeris, sũt de maximè ꝑsternentibus vires, igitur nihil in hac febre efficatius erit ad spiritus recreandos quàm gratus odor: in ædibus igitur quotidie accendatur ignis ex lignis odo ratis, ac floribus, & rebus iniectis, quô aer illarum purgetur. quis enim ignorat Hippocratem non alia ratione pestilentiam ex Aethiophia græcos inuadẽtem fugasse.

odor se habet ad spiritũ si cut sapor ad alimẽtum

fugasse. quippe qui ignem per totas Athenas incendi iusit, non simplici ex lignorum materia, verum sertis, floribusque suauissimis, vnguentis valde pinguibus, & odoratis superinfusis, vbi igitur febris ualida non fuerit, ac tempus anni non vehementer calidum, ignis paruus accendatur ex lignis quercinis, aut iuniperinis, vel ex sarmentis, vel fiant suffumigia ex ligno aloes, ambra, thure, mo scho, Styrace, grariophilis, Ladano, croco, & sandalis, & hæc præcipuæ fierit, vbi aer secundum substanttam fuerit im mutatus; si verò secundum qualitatem, tunc tantum ad frigidum & siccum alte rare oportet frigidis quidem propter febrem, siccis verò ad putredinem prohibendam, quæ venenũ est, vbi igitur fuerit flatus borei apperietis sæpe fenestras, quia frigidus & siccus est, alioquin arte reffrigeretur cum aqua rosacea, aceto, Sandalis, cãphora fol. rosarum siccarum, salicis cum modico gariofilorũ, vel modico moschi, vel ambræ, nam frigida sunt immiscenda cum re calefaciente, vt illa modica caliditas citius res illas frigidas ad cor deducat & maiorem faciant refrigerationem, sicuti illi faciunt, qui

interficere, vel ſtupefacere volentes cum veneno frigido miſcent cum opio res calidiores, vt citius illa opiata deducantur ad cor: aperiunt enim. & ſic faciluis attrahitur venenum, & ob cauſam hanc, viri calidi & ſicci citius interficiuntur à frigido veneno, quàm frigidi & humidi. cæterum ægrotātis domus duobus, aut tribus ventis (inter quos auſter non numeretur) expoſita erit. borealis omnium ſaluberrimus, cenſetur, quod argumentis probauit Plinius libro xvij. cap. quarto. quod arboribus auſtrum ſpectātibus celerius defluant folia, ſerius aquilonem. poſt boream ponitur eurus etiam in expurgando aërem, pòſt zephirus, vltimus & pernitioſſimus eſt auſter, vt tertio aphoriſmorum quinto, demum quibus alijs modis locus atque aer præparādus ſit, vt vel in noua regione ſalubrior poſſit haberi habitatio, ab Hippocrate in lib. de aere et aquis edocemur, vbi tres conſiderationes attulit, à mutatione primam, à ventis ſecundam, vltimam verò à ſitu. nam ſemper primo loco quod futurum eſt putridum, ac venenatū, procurandum eſt, ne fiat, quod verò corruptum atque omnino à natura alienum

calidi & ſicci citius interficiuntur a frig. ueneno.

uētorum uaria natura

omni

omni via vacuare tentandum est, vt nos docet Galenus primo de defferentijs febrium cap. nono. vbi inquit in febribus pestilentibus corpus exiccare debemus, purgare, rarefacere, aperire, ac totum euentare: & Auicenna, oportet, vt incipiamus in ea ad euacuandum, nam, summa curationis earum est exiccatio, & illud præcipue cum flebotomia, & ventris solutione, quia nihil magis exciccat corpus, & rarefacit habitum corporis, & putredinē prohibet quàm flebotomia, *flebotomia exciccat corpus.* si itaque materia vincens fuerit sanguinea statim seccetur vena in principio ægritudinis, scilicet ante quartam (si possibile fuerit) nam transacta quarta nō erit ei fortasse amplius intentio, quia virtus cadit facilius in hac febre quâm in alijs, igitur si in hac febre non fieret flebotomia conueniens, maior committeretur error, verùm si à primis diebus fuerit prætermissa etiam in quarta & septima illud remedium quàm primum adhibendum erit, modo indicationes mittendi sanguinem adfuerint, quæ præcipue desumuntur à viruim robore, morbi magnitudine & sui acuitate. neque enim simul multa sanguinis copia

in

in his febribus extrahenda erit etiam si morbus exigat, virtus enim in huiusmo di febribus parum valida est, vena verò seccanda erit interna dextri cubiti auto re Ætio, nam velocissimè, & plurimum ex hijs quæ principes sunt partibus ve- na hæc vacuat; Quocirca in acutissi- mis morbis ad hanc incidendam se con- fert Hippocrates, vt liquet ex eodē quar to de rat. vict. in morb. acut. sect. 24. qua secta, eam quæ, sinistri cubiti inter- na est, facta prius aliqua mora venam ite rum secabis; inquit enim Auicenna vn- decima fen. tertij cap. de curat. ægritu dinum cordis, quod euacuare à basilica dextri lateris multitudinem, conducit quæ multitudo vadit ad cor, & ex ea fit excretio, & euacuatio humoris peccātis, à sinistra verò basilica, cùm è directo sit ipsi cordi, vapores putridi ascendētes ad cor euacuantur. igitur nihil prestabiluis quàm ita facere, licet pro affectus ratio ne diuersorum membrorum aliæquoq; venæ secari soleant. nam seruata rectitu dine, vena ea erit incidenda, quæ cum iā dictis partibus maximè communicat, vt humeralis vbi post aures reperiatur antrax, interna cubiti vbi sub alis: popli

pro affe- ctus ratio ne uenæ sectio

tis,

tis, ſeu maleoli vena vbi in inguinibus bubones apparuerint; dextra tamē vbi in dextra, & ſiniſtra vbi in ſiniſtra bubo nes emerſerint. Sed ſi materia vincens non amplius fuerit ſanguinea, & ea, quæ in corpore diſpoſitio ſit ex corruptione humorum, confeſtim autē in primis die bus nulla expectata concoctione pharmaco euacuare tentandum, quoniam ne que omnino euinci, aut concoqui quod putrefactum eſt, in hijs febribus à natu ra valet, igitur Galenus primo de diff. feb. cap. quartò ſtatim quibus ſuperflui tates redundabant hos purgationibus ſanabat, obſtructiones foraminum ape riebat, atque abſtergere ſtudebat, corpo raque humida omni quaq; via exiccare conabatur, ſicciora verò in antiquum ha bitum conſeruabat. neque enim eadem eſt ſeruanda lex in educendis eiuſmodi venenatis humoribus, ac in cæteris, ita vt concoquēdi, ac præparādi prius ſint, nam quod alienum à natura eſt, ita vt amplius ad primam humoris bonitatem redire nō poſſit educere id quāprimum eſt tentandum, vt liquet quarto de tuēda valet. capit. quarto; & quarta primi. tract. quart. cap. quarto. Aſſerente Aui

cenna

cenna oportet vt incipias cum horum euacuatione, non dixit cum humorum digestione, nec oppillationũ apertione, sed corpus exiccabis,& euacuabis,& nõ ab euacuatione cessabis, donec ipsum exiccaueris. in excessu igitur bilis, vel alterius humoris à sanguine, parcius de sanguine educes, sed medicamentum cõfici curato, quod exhibebis post vltimã venæ sectionem, illudque elligendũ erit quod tibi pro ratione reddundantium succorum conducibilius esse videbitur, & cum cautela exhibeatur, quoniam in huiusmodi febribus pestilentibus excitari solet fluxus quidam ventris, quemadmodum Auicenna testatur prima quarti. tract. quarto. cap. prealeg. & Hippocrates lib. tertio de morb. vulg. & ob hanc potissimum causam Paulus Aegineta lib. secundo capit. trigesimo. septimo. febri pestiferæ duntaxat exhibuit catapocia ex aloe, mirrha, & croco confecta, quorum virtus non transcendit hepar. huc accedit. quòd omne medicamentum purgans calidum existit, quòd si propinabitur adaugebit febrem. & tale venenositate etiam preditum est, vt testatur Gal. secũdo de rat. vict. in morb. acut.

fluxus sequitur pest. put.

Medicamentum purg. õe uenenosũ

acut. com. vndecimo. quare addes venenum veneno. difficile enim eſt huiuſmodi aliquod auxiliũ inueniſſe, quod citra vllam noxam magnificè proſit, vt ſcitè à Galeno libro vndecimo meth. med. cap. xi. eſt dictum. plura tamen, non minus nobiliſſima, quàm efficaciſſima medicamenta ab omni prorſus veneno ſitate immunia noſtro hoc ſeculo explorata eſſe nullus eſt qui neſciat, quorum facultates nec Galenus, neque dioſcorides cognouere: in tenuibus igitur humoribus Rheubarbaro vtemur, quo antiqui ipſi ad ventris purgationẽ non vtebantur, ſed antidotis immiſcebant. & id potius conſtringere putabant. in craſſioribus, vero ex agarico medicamẽtũ ægro propinabis. non tamen dimiſſa triphera perſica, quæ deſcribitur a diuo meſue diſtinct. tertia antidotarij. quantũ enim Agaricus partes thoracis expurget & ad vires cordis conferat, quæ maximè in hac ægritudine ſunt labefactatæ, diſcere licet vnicuique ab Auicenna vndecima tertij. tract. ſecundo vbi agit de curatione diſpoſitionum cordis: verùm ſi validiori pharmaco opus quandoq; ſit vti, in eo, in quo latitat, & ſcaturit venenoſa

Rheubarbari mentio ex antiquis

Agarici uires

nosa ea qualitas, venenum ipsum cum aromatibus refrāgemus, sicuti fecit Hippocrates libro secundo de rat. vict. sect. vndecima. & Galenus in fine libri, quos & quando purgare oporteat. alijs verò diebus febrilis discrasia alteretur cum frigidis, & putredo cum siccis, pestilentis enim materiæ concoctio est venenositatis correctio atque hebetatio: ideo conuenit residuam materiam alterare refrigerando, & qualitati venenosæ resistendo: Hoc præstabunt cōmodissimè sirupus de suco limonum, de acetositate citri, & de succo acetosæ, conuenit etiam quādo què oxizacharon, sirupus verò acetosus quoniam fere easdem obtinet vires non est spernendus, nihilominus est quadam tenus mordax, & aliquam caliditatem habet noxiam annexam ratione aceti, cū hijs quoque erunt immiscenda decocta buglosæ, & acetosæ, & aquæ destilatæ acetosæ & limonum, sed hanc non simplicem accipiatis, quoniam miram habet vim incidendi & penetrandi ad cor, ideo non transeatis vnciam vnam, quos etiam poteritis reddere odoratos vt in hunc modum. Accipe sirupi de succo acetosæ, de acetositate citri ana vn

quibus digerat. pest. feb. materia

ciam

ciam vnam, acetosæ vncias tres, qui aro matizari potest cum modico cāphoræ & ambræ, aut moschi, vt accipietis librã vnam aquæ acetosæ, de limonibus vncias quatuor, cum duobus granis cāphore, sirupum facietis, qui corroborabit, abstergerget, refrigerabit, aperiet, & excicabit. deinde cōficiemus puluerem hoc pacto. ex boli armeni drac. ij. mirræ drac. vi. camphore scrup. i. ex quibus omnibus fiat puluis tenuissimus quo vtemur sumendo drac. i. ante singulas cibationes cum vino granatorum vnà in cocleari commixto, qui quidem puluis non modo in pestilentia vtilis est, sed & venenis vniuersis summopere aduersatur, vt est videre de bolo armeno apud Galenum nono sympl. med. facult. cap. quinto. sunt qui theriacæ drac. i. propinant, quæ si fideliter nostro hoc æuo confici posset eam; vehementer probarem. vel poteris more practicantium modernorum sic facere conseruæ rosarum. bugl. borag. añ. onciã med. R. conseruæ florũ nenufa. 32. manus Christi cũ perlis lib. 5. fragmẽtorum omnium lapidum p̃tiosorum 32. margaritarum subtilium, seu tritarũ 35. foliorum auri nu. xvi. fiat mixtura dea

rata

rata, de qua sæpe comedat, inoleuit vsus apud italos pulueris eptaphylli (tormẽtillam vocant) in vmbra exiccati, datur drac. i. cum serapio de acetositate citri cottidie, & quia tota intẽtio est in cordis corrobatione, vt fortius tali veneno, resistere valeat. neque vobis inconsonũ videbitur si via iregulari etiam a principio cordi epithemata applicanda in hac febre comprobarem, nam propter materiæ venenositatem multa facere cogimur quæ regulariter in alijs nõ frerent. cordi igitur, hepati, & testibus, panni applicandi sunt, crebroque renouandi, hac mixtura madefacti aqua rosacea p. iiij. vini optimi p. i. aceti rosati p. v. pulueris superius desctipti drag. ij. Quinimo breuiter aliud medicamenti genus a quodam. homine doctissimo, meique studiossissimo missum ad me subscribere cordi fuit: quo quidem leniendo manuum, ac aliorum membrorum pulsus proculdubio præseruari homines à peste sæpius asertum est, simul tamen cum assumptione vnius electuarij, cuius vires quàm creberrimè probarunt: quidam infectores: dum vltrò, citroque per vrbes, & opidula diuagarentur, vnctioni-

epidema ta quibus membris applicanda sint

obseruatum

bus

bus quibusdam pestiferis ostia, cerrasq; anno dnice natiuit
linientes eo etenim contagio festina per 1560. accidit quod
nicies hominibus parabatur, ipsis infe- comemorat papie
ctoribus penitus illæsis conseruatis, ve- logice ibidem nanat
rumtamen gratia superis, cautim illorũ
fraude detecta papiæ deprehensi, ac con
festim mediolanum ad indicium trhacti
Varijsque tormentorum modijs affecti
laqueo vitam finierunt ostenso prius ta-
men, quo veneni genere ad talem perni-
tiem: quouæ auxilio ad illorum preser-
uationem vterentur: quod cũ postmo-
dum beneficio illius: quo cum mihi sum
ma intercesit familiaritas: ad manus
meas peruenisfit, operepretiũ duxi, vni-
uerso terrarum orbi comunicare: vt si
forte: quod Dij prohibeant contingerẽt
pestem crarari, hoc singulari & optimo
remedio homines vtentes se tutos à pe-
ste præseruarent. vt Recipe olei terebin unctio pbata g pes
thini, olei saxatilis, olei sambacini, olei
laurini añ. vñ. med. pinguedinis taxi. vñ.
med. ceræ noue, olei comunis añ. vñ.
iij. buliant spacio quarte partis vnius ho
ræ, quibus adde ab sinty, camedrios, ane
ti, saluie', rute, añ. m. i. ad suficientem
coctionem, quo quidem vnguento fros,
pulsus, iuncture, & os stomachi vngan-

tur, interim tamen vtēdo hoc electuario
Recipe imperatorie, herbæ carline, gen
tianæ, diptami albi, diptami nigri, came
drios, diacalamenti, baccharum lauri; ca
medrīj autem & diacalamēti Recipe añ.
partes equales, & soli exponantur, vt ex
ficcentur, deinde carline, imperatorie, &
diptami añ. partes æquales, minutim in
cidantur & tundantur & colo transfun
dantur, simul corpus vnum fiat, postea
Recipe melis clarificati libram vnam &
mediam; & cum bulue incipiat, adde su
prascriptas pulueres & fit electuarium
de quo sumat singulo mane. 9. 5. vel sic
Recipe masticis vnciam vnā, euphorbīj
vnciam mediam, theriace optime vnciā
mediam, spicenardi drag. due, diptami
albi, tormentillæ, zeduariæ, carlinæ, an
gelicæ, glæbæ armeniæ, coral. rub. dia
gridīj sing. drag. i. que conteri possunt
redigantur in pollinem & reliquis vnian
tur addita quantitate iulep rosacei quæ
sufficiat, fiat electuarium, datur quantita
te fabe singulo mane ieiunis, aut alternis
diebus, duplum. vel Recipe tormentille,
zedoariæ, gentiane, ana drach. i. radicis
carlinæ, radicum verbasci exiccatarum
ad vnbram, tantùm vt posit pistari &
pulueri zari

electuarium cō-probatū.

puluerizari ana ℥ 1. fiat ergo ex his omnibus puluis tenuisſimus de quo capiat eger ʒ. 2. in vino albo, poſtea cooperiat ſe in lecto multis pannis & tegmẽtis vt ſudet & videbit mirabilia, & hæc quidẽ ferre omnia cum præmeditatione propinanda, certioraque desideranda, Bolus vero armenius, & lemnia terra adhuc ſub iudice ſunt, nec certum eſt, an bolus, palidi, rubei, aut lutei coloris ſit, theriacis quoque Andromachi, atque Metridatis perfectis caremus, ſiue Galeni, ſiue Auicene deſcriptiones probemus. ſcordium quoque tam cretenſe, quam noſtrum, à Leoniceno tantis vigilijs quæſitum parum valet, experientiaque compertũ eſt ſcordeum, ſeu ſcordeon Auic. eo efficacius eſſe, nec valde peccabit, qui aleũ domeſticũ ei prætulerit, multa ab antiquioribus celebrantur remedia, at ſi experientia rerũ magiſtra innitamur, noſtris potius vtemur. qualia ſunt carlina, quæ eſt chameleo albus, Angelica, vel imperatoria, que eſt apud quoſdam laſerpitium, tormentilla, tunicum, calendula, pimpinella, ſtæbe ſiue ſcabioſa, oxilapathum, citri partes: ceterum in ijs quoque febribus victus & vite ratio idem debet habe

uictus, & uite ratio.

re iudicium in qualitate ſicuti medicina nam tuto exſiccantes poteſtate diete omnibus febre peſtilentiali correptis conueniunt, præſertim vero humidis : contra quam ſcriptũ ſit aphoriſmo illo victus humidus omnibus febricitantibus prodeſt, Cibaria igitur ſi adſit febris ardens & virtus perſiſtat ſint ptiſſana cum ſucco limonum confecta; panis in vino granatorum intinctus, cum zuccharo confectus. quod ſi virtus deficiat, conficiãtur ex pullis contuſa cum rebus acidis præparata. oua etiam ſorbilia in aqua roſata & aceto antea per horam infuſa, olera frigida vt cicorium & endiuia, nec non fructus acidi quibus veſci poterit. potus autem ſit aqua ex decoctione ſem. acetoſe vel vinum granatorum tripla aqua dilutum. Hæc ſunt quæ mihi opportuna viſſa ſunt, ad peſſimi huius morbi propulſationem licet multa fuerint preter miſſa partim quia nũc noſtro ſeculo ſunt incognita, partim etiam quia parum mihi credita, & explorata.

De Curatione peſtichiarum ac non nullorum ſymptomatum in peſſima epidima contigentium Cap. xiiij.

NVNC autem propoſitum eſt mihi ſublata nimirum omni contentione verborum, quãtum potero illam, quæſtionem acuratè pertractare, circa quam plurimi medicorum iuniorũ hactenus multum operæ impenderunt, incipientes itaque quoad expedit compendioſa diſputatione dicamus; vtrum in exantematibus illis apparentibus, que à ſimilitudine pulicarem morbum appellarunt, vel rectuis peſtichias, conueniat venæ ſectio, viri doctiſſimi medius fidius tum veteres, tum recentiores, propè omnes in ſingulis diligentius inſiſtentes veræ ſolideque pronunciarunt, nequaquã ſecandam eſſe venam, eo quod Auicena prima quarti in cura uariolarum, & morbilorum dixerit quando procedunt variole non oportet tunc vt adminiſtretur flebotomia, quoniam impeditur natura, que expellit materiã ad ignobiliora mẽbra, & ſanguinẽ euacuando virtus ſæpe

minuitur; moderni igitur ferè omnes abhorrent prorſus euacuationẽ debere fieri apparẽtibus maculis, quia cum motus naturæ ſit ad exteriora, & ad cutim, ſi fieret euacuatio per aluum materia illa deduceretur ad interiora, & motus fieret ad cõtrarium, & ſimiliter cum miſsione sãguinis trahitur materia ad venas quæ mouetur ad cutim; cæterum ſi ea quorũ criſis fit mouere non oportet, multo minus ea, quæ ſymptomatis ratione expelluntur. non erit ergo adiuuandus hic naturæ motus cũ expulſio ſymptomatica ſit, quia ſic ante digeſtionem male operatur natura, quam quidem male' operantem nos non tenemur adiuuare, quando quidem, etiam nõ adiuuamus eam in fluxu ſanguinis nariũ, vel aluui profluuio, quia conuerteremus ad interiora illud, quod procedit ad exteriora; cum primũ igitur apparere videntur peſtichie, confeſtim perpẽdendus eſt naturæ motus an ſit creticus, an ſymptomaticus, nam vbi cretice natura ad cutim propellat redundantes, ac vitioſos humores, animaduertere oportet num integre eos excernãt, vel excreuerit, hoc eſt perfecte, & indificienter, an non; nam ſi integrè perfectè,

&

& indeficienter sit iudicatum, aut iudicetur, id quod statim ex ægri tolerantia dignoscetur, & vrinæ concoctione, & excretionis tẽpore, nequè mouere, nequè nouare aliquid oportet Hippocratis decreto lib. primo aph. 20. & ita inhibenda erit tum venæ sectio, tũ ea, quæ per purgantia farmacha fit euacuatio, verum si non integrè, & perfectè expellantur, aut fuerint expulsi ad cutim contenti in corpore vitiosi succi, sed permulta fuerit eorum copia, adeo vt à natura expelli nequeãt, eadẽ per venæ sectionem exoneranda prius erit, vbi reliqua consentiant, neque ab hac venæ sectione impeditur motus naturæ, nam cum sanguinẽ per venæ sectionem educimus nullum penitus tum in humoribus, tum in spiritibus motũ proritamus non secus quàm à flumine riuulos in ripis confodiendo secunda vnda aquam diducimus, non perinde contingit in vnius tãtum humoris eductione, quam per pharmacũ, aut catarticum exequimur, agitationem, ac non leuem motum in humoribus excitantem, teste Galeno in secundo libro de rat. vict. in morb. acut. com xi. vrgente igitur necessitate euacuãdi etiam in ipso

Flebotomia non impedit motũ nature

purgatio humores exagitat, & crisim impedit.

ſtatu, vel parum ante ſtatũ euacuemus: hoc fortaſe animduertit Auicẽna in prima quarti tract. quarto. in cura variolarum, ac morbilorum, illis etiam apparentibus ſi cum vehementia repletionis & multitudine materie fuerint ſanguinem miti iubet quantitate, quæ excicet ideſt minoret, nec propter hanc flebotomiam timendum eſt materiã conuerti interius, & criſim impediri cum venæ in tanta repletione propter leuem flebotomiam nõ inaniantur, ita vt trahant materiam intra, & precipue vbi tota extra venas perinde fuerit expulſa, imo potius virtus alleuiata erit potentior ad expellendum, quo deinceps tẽpore iuuanda quoque natura erit per ea, quæ per cutim vacuant, vt ſecundo in ſextum de morb. vulg. com. 29. à Galeno decretum eſt, quia cutis eſt conueniens regio, quoniã inter mẽbra, quæ, naturaliter ſuſcipiunt excrementa cutis talis eſt, vt inquit Galenus ſexto de tuend. valet. quia eſt pars vilisſima & tamquam tegmentum, ideo per eam euacuare posſimus, quod præcipuæ fiet admouendo vẽtoſas dorſo plurimas, & totius corporis ambitui, cum inciſione non ſemel tantum ſed bis, atq;

Cucurbitularum uſus, & necesſitas.

iterum cum macule apparuerint, vt mes est syluij in com. de febribus. vt virus omne extrahatur quod intus est in penitioribus partibus latens principes partes ledens ab ipsis ad cutim euellatur, quod precipuæ fiet vbi materia fuerit pauca, nec multa in venis, nec multum crassa, ita quod repletio pauca sit, sed vbi materia fuerit multa, & crassa quo perspecto coniciendum est naturam idoneum sanè locum nundum intentasse quia pori, & meatus cutis admodū sunt angusti, per quos subtile tantum educi potest, vt est Gal. opinio secūdo in sextum de morb. vulg. com. 29. tunc si cum illis maledictis cucurbitulis exterius trahere velletis nihil esset deterius: quia subtile traheretis, & remaneret crassum, calorē minueretis, & putredinem augeretis ideo tantum cum phlebotomia, vel cum medicinis euacuabitis: non erit igitur in quacunq; materia conuersa ad cutim appositio attrahentium damnanda, vt multi voluerunt, nam si his attendamus, nihil vnquam faciemus, sed omnia naturæ facienda dimitteremus: Ea enim quorum crisis fit, mouere non oportet, minusque ea quæ symptomatis ratione expellun-

tur,

tur, apud eos: ſed omnino in quauis excretione aliquid agere melius eſt, naturęque manum porrigere, ægroque in præceps periculum poſito omnia tentare ſatius eſt, vt à principalioribus putredinē reuellamus, cum nuſquam certi ſimus an ſit eis confirmata nec ne, & an poſſit reuelli nec ne, quare vbi humor infeſtās excernitur cum moderata ſit euacuatio id nihil aliud curantem admittere oportet, verum ſi immodica ſit, ipſum medicum aliquid facere neceſſe eſt, nonnunquam euacuationis copiam ſuprimentē, nonnunquam eius tarditatem, defectum que incitantem, vt docet Galenus ſecundo in ſextū de morb. vulg. com. nono. vbi igitur ſymptomatis ratione peſtichie proueniant, cum ab eiuſmodi excretionibus nūquam natura iuuetur, quia cum ſit coactus motus naturæ operantis incautè, neque potentis tolerare materie multitudinem, ſtatim euacuare debetis, aliter ægrum mori permitetis, non enim propter virtutis fortitudinem expellitur tunc materia ad cutim, ſed eſt quoniam retentiua non amplius retinet, ideo expulſiua facile expellit, & ideo æger aggrauatur magis nullumque ſen-

tit

rit iuuamentum ex illa expulsione quia natura euacuationem nō tentat, sed hoc est quoniam plurimum eius materiæ circa ambitum corporis est aggrauans virtutem, & natura aggreuata ad proximā expellit partem, scilicet ad cutim, cuius signum est, quòd subito retrocedit, quia non est portio materiæ, que spōtè fluit, sed est à natura derelicta, sicuti sudores diaphoretici, & sicut cum homines sine regula moriuntur, si igitur virtus constabit audacter contra morbum insurgatis, & quia hæc est repletio, & repletioni euacuatio debetur, & quoniam virtus à multitudine aggreuata est, derelinquit munus concoctionis, ideo si materiam euacuatis, insurget fortior natura supra residuum, & concoquet ipsam, nequè euacuando oppositum naturæ facies, quia natura euacuationem non tentat in hac specie expulsionis: naturæ igitur symptomatice materiam propellēti suppetias semper ferendum est, non expectata concoctione propter tria potissimum circa que versatur medicus, nēpe propter magnitudinem morbi & nobilitatem loci, quem occupat & demū propter solertiam nature, quæ omnium ope


ratrix

ratrix est proinde statim euacuare debemus cum euacuare expedit, quia labascit virtus protinus in huiusmodi pestichijs à præexcellenti putredine, iccirco tardare in talibus est malum, cum vehementissimis in morbis omnis mora periculosa sit, Hippocratis decreto quarto aff. decimo. quare deficientem aduiuabis, languentem coercebis, pauci ab initio curati periclitantur: ex his igitur satis constat in exantematibus seu pestichijs à natura siue per viam cuiusdam crisis imperfecte expulsis, siue illud quoquè symptomatis ratione cõtingant, semper necessario adhibendam esse venæ sectionem quauis etiam hora, quouis tempore stante vehementia repletionis, nisi modo cum mortifera hac expulsione coniungerentur alia sæua symptomata, sicuti sæpius obseruatum fuit nam octauo calendas iunij anni secundi sexagesimi quingentesimi supra millesimum cum de secanda vena proposuisem in cura Dominæ Lucretiæ filiæ Domini Gãdulphi de rubeis, cui in septima incipiebant apparere morsus illi pulicares, confestim alui fluor superueniens, & ob crudorum, venenosorumque humorum copiam, syn-

copis,

copis, me ab opinione retrhaxerũt: nulli porrò talium ſanguinis ablatio citra maximum detrimentum fieri ſolet, etiã ſi euacuatione indigeant vt teſtatur Aetuis ſermone primo cap. xcvi. imo neque venæ ſectionem, neque purgationẽ ferunt, qui ſanè etiam citra hæc derepente animo concidunt cum igitur in hac maligna Ægritudine non ſolum morſus illi pulicares apparent ſed ſimul alui fluor, modo cum his diſtemia ſuccedit ſanguinem non mites quia prope mors eſt. hæc habui de hac queſtione, quæ dicerem.

FINIS.



INDEX NOTABILIVM QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

M Acr

Auerois

Deobstruentia

Gentilis

acutus

Pestilentis

hijs

rima

acutis

FINIS.

